

Secta Meliduna

London, British Library, Royal 2D XXX, ff. 95ra-102vb

Table of Contents

Prologus

I. Nullum singulare praedicari de aliquo

II. His terminis 'hoc animal' 'hoc album' non significatur idem singulare

(1). Utrum aliqua singulare sint paria

(2). Utrum omne singulare sub specie specialissima contineatur

(3). Utrum omne singulare sit individuum, et e converso

(4). Utrum id quod singulare est, sit sensibile

(5). Utrum hoc nomen 'Socrates' significat Socratem

(6). Utrum hoc nomen 'Socrates' sit unius tantum cum huius individui

III. Non ex solis substantialibus habet esse prima substantia

(1) utrum aliqua singularia alicui individuo sint substantialia

(2) utrum aliquid ad alicuius esse exigatur quod non sit ei substantiale

(3) utrum haec singularia 'hoc animal' 'hoc animal' demonstratis diversis differant substantialiter

(4) utrum aliqua singularia contineantur sub pluribus quae in quid non praedicantur

(5) utrum substantialis differentia sit substantialis alicui cui non genus cuius ipsa est differentia

(6) utrum quodlibet superius suo inferiori sit substantiale

(7) utrum hoc corpus animatum erit inanimatum

(8) utrum animatio huic corpori sit substantiale

(9) ex quibus habeant esse singulare sub aliis universalibus quam sub in quid praedicabilibus / contenta

(10) utrum descriptio individuum conveniat omni individuo et soli

(11) utrum omnis res singularis aliqua res sit et quae cuius res sit

(12) utrum omne singulare sit esse suae rei

(13) utrum singulare a re sua differat

(14) utrum plura singularia sint quae significantur his terminis 'hic homo' 'hoc animal'

IV. De tempore

<Secta Meludina>

<S>ecta Meludina velut erroris / medicina¹ /
 Hac fit doctrina nota, nota / gemina² /
 <Q>uae sit, monstrato, post op/posito reprobato, /
 <S>ic infirmato, sic minus ente rato; /
 <H>ac demonstrata, logica ratione probata, /
 <S>ic confirmata, sic magis ente rata. /
 <H>ac sine disserere nescitur, qua duce vere /
 <E>t respondere scitur et arguere. /
 <H>oc hic asseritur quod paene probabile scitur; /
 <Q>uod sic nescitur vilet et abicitur. /
 <H>anc igitur logicus veneretur ut artis amicus, /
 Ut sit non logicus et rudis et laicus. /

<M>eludinae professionis, quam ea pars philosophiae quae / ratio
 disserendi dicta est, sibi ducere elegit, perfecta et / integra in huius operis
 volumine consumatur cogni/tio. Hanc igitur sibi si quis vendicare voluerit,
 apud eum philosophiae nomine / manente sacro et venerabili huius voluminis
 seriem studeat dili/genter inspicere. /

<D>ialecticam artem esse primo et principaliter qualiter disse/rendum
 instituentem et ad id expediendum / institutam non ignorantibus, Peripateticae
 disciplinae et Me/ludinae professionis quaedam elementa propono. Quorum
 probabilita/te³ multiplici confirmata ratione, contrarium his ut probabilius /
 accidet, rationabilis impugnabit obviatio; multis quidem quae ad horum /
 improbationem inducuntur, rationibus congrua similium inducti/one repulsis.
 Cum enim dialectica disquisitio probabilitatis sit gratia ratiocinando
 sermocinatio circa positionem agredientis terminare / propositum, ad eius
 probabilitatem prima fit rationis institutio, ut / non solum quid sed qualiter id et
 cuius gratia dicatur, sit manifestum; de/inde vero, si quid positioni dicatur
 contrarium, sustentis positionem est dissua/dere, insistendo quidem resistenti
 positionis contrarium contrarii persuadere co/nantis.

Proposita vero elementa, ratione quidem non omnino inconsul/ta subtili

¹ Secta Meludina velut erroris medicina

- v v / - v v / - - / - - / - v v / - v

² Hac fit doctrina nota, nota gemina

- - / - - / - || - v v / - v v / -

³ probabilitate] p(ro)balita/te O

disquisitione elaborata, sunt haec. /

<(1) N>ullum singulare praedicatur de aliquo. /

<(2) N>on significatur idem his terminis ‘hoc animal’ ‘hoc album’. /

<(3) N>on ex solis substantialibus habet esse prima substantia. |95rb|

<(4) H>oc universale ‘tempus’ est universale cuius plura sunt inferiora, et tamen unum solum / tempus est.

<(5) Omn>e universale est praedicabile de pluribus, aliquod tamen praedicatur de uno solo, ut hoc universale ‘phoenix’. /

<(6) N>ihil est genus et species. /

<(7) N>ullum genus subicitur. /

<(8) N>ulla species praedicatur. /

<(9) N>ulla forma est accidens. /

<(10) N>ulla consequentia naturalis affirmativa vera est, nisi et antecedens et consequens ipsius verum sit. /

<(11) N>ihil sequitur ex falso. /

<(12) N>ullum falsum est. /

<(13) N>ullum nomen est aequivocum. /

<(14) N>ulla propositio est multiplex. /

<(15) N>ulla propositione dicitur eius dictum de aliquo. /

<(16) N>ulla definitio praedicatur de aliquo. /

<(17) I>dem significatur definitione et nomine definiti. /

<(18) N>ihil praedicatur de aliquo quod non sit maius eo vel par ei. /

<(19) N>ullius hominis pars est anima.

<(20) N>ulla pars rei integralis differt a suo toto. /

<(21) N>ullum universale praedicatur de aliquo universali, nisi ad praedicationem subiecti sequatur praedicatio praedicati. /

<(22) V>erum praemissum in argumentatione efficax illatae / conclusionis est argumentum. /

<(23) O>mne argumentum est necessarium. /

<(24) O>mnis elenchus sophisticus est necessarius. /

<(25) O>mnis syllogismus est perfectus. /

<(26) O>mnis argumentatio est vox significativa. /

<(27) O>mnia animalia sunt rationalia vel irrationalia. /

<(28) N>ulla quinque sunt duo et tria, nec duo et tria sunt quinque. /

<(29) N>ulla sunt duo et tria. /

<(30) S>ocrates et Plato non sunt Socrates et Plato. /

<(31) N>ullus populus est plura. /

<(32) N>ulla sunt infinita. /

<(33) N>ulla oratio est imperfecta. /

<(34) N>ulla huiusmodi consequentia est recipienda: ‘si aliquid est homo, illud

est animal'. /

<(35) O>omnia genera et omnis species sunt in primo praedicamento. /

<(36) P>raedicamentum est modus praedicandi, et primum praedicamentum est primus modus praedicandi.

<(37) Q>uoddam verum probabile est et ab omnibus / scitur, ipsum tamen nec propositio ipsum significans antecedit vel sequitur ad aliquid. /

<(38) N>on si aliquid est, aliquid est verum. /

<(39) N>ullum nomen pluralis numeri significat universale vel singulare. /

<(40) N>ulla propositione praedicatur aliquid de aliquo vel removetur aliquid ab aliquo, cuius / parsest obliquus casus vel alia pars orationis quam nomen et verbum. |95va|

<(41) O>mne universale praeter accidens est univoce praedicabile. /

<(42) S>olum accidens est aequivoce praedicabile. /

<(43) L>ocus argumenti est consecutio generalium habitudinum maxima propositione explicita.

<(44) N>ulla scientia est qualias. /

<(45) N>onnisi unum tempus est, et illud est simplex; nonnisi unum tempus / est, et illud est compositum; simplex tamen nec est compositum nec `e` converso. /

<(46) E>adem vox est hoc nomen `albus` quae hoc nomen `album`. /

<(47) N>ullum nomen secundae impositionis significat universale vel singulare. /

<(48) N>ullum genus est accidens, nulla species, nullum proprium. /

<(49) O>mnis modalis est singularis. /

<(50) N>on quicquid fuit, necesse est fuisse. /

<(51) A>lbum esse nigrum est possibile. /

<(52) N>ullum nomen significans `rem [rem]` argificialem significat universale vel singulare. /

<(53) N>ulla falsa propositione aliquid praedicatur de aliquo vel removetur ab aliquo. /

`C`um igitur apud logicos id solum constet `esse` dubium quod / ex utraque parte contradictionis rationis habet deductio/nem, quid propositorum quodlibet probabilitatis habeat, utrimque mode/rata sub brevitate est pertranseundum, ut et nostrae opinioni / labes inimica omnino adnihilata convincatur et pereat, et nostrae / partis veritas ratione confirmata multiplici corroboretur⁴ / et floreat.

I

⁴ corroboret(ur)] corroboret(ur) a.c. O

Propositorum vero primum est NULLUM SINGULARE PRAEDICARI DE ALIQUO. /

De quo a controversantibus maxima solet fieri dissensio, ad utramque partem / contradictionis multis inductis rationibus. Quid igitur de singulari sen/tiat nostrae professionis opinio, primo est pertranseundum. /

Et'orum igitur quae praedicantur vel subiciuntur, / aliud est singulare aliud universale. ¶ Singulare est quod, cum sit subicibile, nullo modo est praedicabile; cum universale e contrario sit, quod et' subicibile est / et praedicabile.

¶ Ad manifestam autem singularium cognitionem quasi regulis quibusdam comprehendendum⁵ est quibus terminis significetur singulare et quibus / non, 'quibusque terminis idem singulare et quibus non'.

¶ Nomine proprio rei existentis sive termino constante ex / termino designante universale et pronomine demonstrativo generaliter / vel fere generaliter significatur singulare, ut hoc nomine 'Socrates' quod est proprium nomen rei / existentis, et hoc termino 'hic homo' qui constat⁶ ex termino significante universale ut ex / hoc termino 'homo' et ex hoc demonstrativo pronomine 'hic'. Cuius instantiam / secundum positionem iam factam non est facile reperire.

S'ic igitur paucis contingat dignoscere quibus terminis significatur / singulare. Quibus vero terminis idem singulare significetur, sic coniecte/tur.

Nomine proprio alicuius singularis et termino constante ex aliquo / termino designante proximum superius illius singularis (sive terminus ille sit / illius universalis sive definitio) et ex pronomine demonstrativo [95vb] idem singulare significatur, ut hoc nomine 'Socrates' et hoc termino 'hic homo' et hoc termino 'hoc animal / rationale mortale etc'⁷.

Quod sic dicitur ut pronomen demonstrativum praepo/natur⁸ definitioni huius speciei; species enim significatur sua definitione et suo no/mine. ¶ Notandum vero quod hic terminus 'hic homo' constat ex / hoc nomine 'homo' designante hoc universale 'homo' et pronomine demonstrativo / 'hic', et hic terminus 'hoc animal rationale mortale etc' constat ex hac definitione 'animal rationale mortale / etc' designante hoc universale 'homo' et pronomine demonstrativo 'hoc', cum hoc / universale 'homo' sit proximum superius huius

⁵ comprehendendum] 9phendend(um) O

⁶ constat] constet a.c. O

⁷ According to Meludinenses, the definition of homo is animal rationale mortale gressibile bipes perceptibile disciplinae mansuetum

⁸ praepo/natur] p(ro)po/nat(ur) O

singularis ‘Socrates’.

Similiter idem singulare significatur / his terminis ‘hoc animal’ ‘haec substantia animata sensibilis’. Similiter in quibus/dam duobus terminis idem significantibus utrique praeposito⁹ pronomine / demonstrativo idem singulare significatur, ut istis ‘hoc album’ ‘hoc candidum’, / ‘hoc animal’ ‘haec substantia animata sensibilis’. /

<S>ic igitur constet quibus terminis significantur singularia et quibus non, / et quibus terminis idem singulare significetur et quibus non.

¶ Quia vero singulare de / nullo ponimus praedicari, nec dialectica dignum est aliquid ponere, / sive controversia nisi utrimque rationis deductione, primo quare de / nullo singulare praedicetur, argumentando disquiratur; deinde vero¹⁰ rationibus, / quibus videtur cogi ad concedendum singulare de aliquo praedicari, obvietur / similibus congruis inductis.

¶ Instet igitur quis sic.

Hoc singulare ‘Socrates’ / praedicatur de aliquo nomine suo. Ergo nomine ‘et’ ratione substantiae, vel nomine / et non ratione substantiae. Si nomine et ratione substantiae, ergo est praedicabile univoce, / et praedicatur de aliquo, ergo dicitur de aliquo ut de subiecto, ergo non est prima / substantia. Locus ab auctoritate Aristotelis in Praedicamentis; nec hoc argumentum / praesumet quis refellere nisi qui huius Aristotelicae quadripartitae divisionis (*Cat.* 2) est / ignatus: Eorum quae sunt alia dicuntur de subiecto tantum, alia sunt / in subiecto tantum, alia dicuntur et sunt, alia nec dicuntur nec sunt. / Concesso vero hoc: singulare praedicari nomine et non ratione substantiae, nec / praedicabile esse inferatur, ergo hoc singulare ‘Socrates’ est aeuivoce praedicabile, ergo¹¹ ipsum est accidens, / ergo ipsum non est prima substantia.

¶ Amplius. Hoc singulare ‘hic phoenix’ / praedicatur de aliquo quod est individuum huius speciei ‘phoenix’, et nihil ‘est’ inferius huius speciei / ‘phoenix’ quod huic singulari non subiciatur. Et alicui subicitur haec species ‘phoenix’, / ergo huic singulari particulariter. Et nihil est inferius huius speciei quod huic singulari non subiciatur, / ergo haec species subicitur huic singulari. Ergo hoc singulare praedicatur de hac specie, ergo de aliquo / quod non est hoc singulare. Illud idem praedicatur de aliquo quod¹² est hoc singulare. Ergo / ipsum non est idem, nam ipsum praedicatur et de se et de alio, et etiam de a/liquibus. Ergo ipsum non est singulare, cum hoc singulare et haec species sint plura sub/cibilia de quibus hoc singulare ‘hic phoenix’ praedicatur.

¶ Amplius. Haec / species ‘phoenix’ praedicatur de alio a se, quae de nullo praedicatur de quo non praedicetur / hoc singulare ‘hic phoenix’, nec e converso. Et nihil est hoc singulare quod sit haec species de / qua hoc singulare praedicatur, nec e converso. Ergo

⁹ praeposito] p(ro)posito *O*

¹⁰ vero rationibus] i^or(ati)onib(us) *O*

¹¹ ergo + [h(oc)] *O*

¹² quod + [n(on)] *O*

hoc singulare ‘hic phoenix’ praedicatur de alio ab hoc singulari. [96ra] Ergo ipsum non est singulare.

¶ Amplius. Hoc singulare ‘hic phoenix’ praedicatur de hac / specie ‘phoenix’ et de alio; et si hoc singulare praedicatur de hac specie, ipsum praedicatur de aliquo; / ergo hoc singulare praedicatur de pluribus, vel est praedicabile de pluribus; ergo ipsum non est prima substantia. /

¶ Amplius. Unum est quod subicitur huic singulari, et non unum tantum, ergo ipsum / non est prima substantia.

¶ Amplius. Hoc singulare ‘hic phoenix’ praedicatur de pluribus, et / de nullis praedicatur de quorum quolibet non praedicetur, ergo hoc singulare praedicatur non / de uno solo; et ipsum praedicabile est, ergo ipsum substantia prima non est.

¶ Amplius. / Hoc singulare praedicatur de pari huius speciei, ergo ipsum non est inferius hac specie. /

¶ Amplius. Hoc individuum ‘Socrates’ praedicatur de pluribus, quorum unum inferius est huius speciei ‘homo’, / et alterum est inferius huius speciei ‘homo’ vel huius speciei ‘asinus’; non nisi unum est / Socrates vel esse potest quod sit homo vel esse possit, ergo aliquid est Socrates / vel esse potest quod est asinus vel esse potest, vel e converso.

¶ Amplius. Plurium / quodlibet subicitur huic individuo ‘Socrates’, et hoc individuum et eorum quodlibet subicitur / huic universali ‘animal’, nihil ergo subicitur universaliter huic universali ‘animal’ aut hoc individuum ‘Socrates’. /

<D>ialecticae etiam scriptoribus et / auctoribus improbabile / est minus de maiori praedicari. Ad quod construendum circa prae/dicta praedicto modo cogitur. Concedentibus enim hoc singulare ‘hic phoenix’ de hac / specie ‘phoenix’ praedicari, facile probari accidit minus de maiori prae/dicari. Quod etiam quidam imperiti artis omnino abutentes / principiis impudenter tueri conantur.

¶ Amplius. Hoc singulare / ‘Socrates’ praedicatur de aliquo, et de nullo praedicatur quod sit accidentale / ei vel cum ipsum sit accidentale; ergo hoc singulare dicitur de aliquo ut /¹³ de subiecto; ergo hoc singulare habet aliquod inferius quod ipsum non / est; ergo hoc singulare prima substnatia non est.

¶ Amplius. Cum non sint nisi decem / modi praedicandi, et hoc singulare nullo illorum praedicetur, ipsum non / praedicatur.

¶ Amplius. Non sunt nisi decem modi praedicandi, `quorum unus est modus [praedicandi]` praedicandi /¹⁴ hoc singulare ‘Socrates’ praedicatur, et non praedicatur de aliquo illorum modorum quorum / nullus est modus praedicandi in quid `nec aliquo modo qui non sit modus praedicandi in quid`, ergo `hoc` singulare praedicatur vel est praedicabile in / quid, ergo hoc singulare est aliquod¹⁵ substantiale, ergo ipsum / est genus vel species vel substantialis differentia vel definitio, ergo ip/sum non est prima substantia.

¶ Amplius. Hoc singulare ‘Socrates’ praedicatur / in quid de hoc individuo ‘Socrates’, hoc singulare ‘Plato’ `praedicatur in quid de individuo ‘Plato’; haec duo singularia ‘Socrates’ et ‘Plato’ / sunt praedicabilia de pluribus; et impossibile est illa praedicari de eodem singulari; ergo haec / individua ‘Socrates’ et ‘Plato’ differunt substantialiter; ergo non sunt contenta / eiusdem speciei specialissimae.

¶ Amplius. Idem singulare est significatum huius / termini ‘Socrates’ quod <est>

¹³ ut / + [non] *O*

¹⁴ praedicandi / + [in q(ui)d] *O*

¹⁵ aliquod + [subicibile] *O*

significatum huius termini ‘hoc rationale’ sive ‘hoc album’; altero¹⁶ / istorum terminorum significatum, vel singulare quod ipsum est, in quid praedicatur; et hoc / singulare ‘hoc album’ in quid praedicatur de hoc individuo ‘Socrates’; ergo haec albedo non est / accidentalis Socrati.

¶ Amplius. Haec rationalitas est substantialis¹⁷ Socrati. **[96rb]**

Ergo hoc singulare ‘hoc rationale’ praedicatur de hoc individuo ‘Socrates’, et e converso; nec est ei accidenta/le, nec e converso. Hoc ergo singulare ‘hoc rationale’ praedicatur de hoc individuo ‘Socrates’ substantialiter vel de / alio; vel sic¹⁸: ergo hoc singulare ‘hoc rationale’ est substantiale huic individuo ‘Socrates’ vel alii, ‘sed non alii’, et / ideo huius singulari ‘Socrates’. Ergo ‘hoc’ singulare ‘hoc rationale’ non est idem individuum quod hoc individuum ‘Socrates’. /

<Se>cundum vero / eos qui concedunt hoc singulare ‘Socrates’ praedicari de hac specie ‘homo’ et de hoc genere / ‘animal’ et de aliis, non est facile assignare qualiter omne individuum de uno / solo et nullum de pluribus praedicetur. Nam etiam secundum eos significatum / huius termini ‘haec duo singularia’ est quod praedicatur de istis duobus individuis ‘Socrates’ et ‘Plato’. / Similiter. Significatum huius termini ‘hic populus’ singulare est quod de multis / praedicatur, scilicet de mille individuis huius speciei ‘homo’, nec haec species ‘homo’ plura habet / inferiora, et sic species subicitur huic singulari ‘hic populus’ universaliter.

Multiplex vero / materia insistendi ex praedictis sumi potest. Sed ne prolixitatis / arguamur, summatim¹⁹ et insistendi initium proposuisse sufficiat. /

<H>is ergo et his / similibus rationibus persuasi, magis etiam coacti quam persuasi, / nullum individuum praedicari de aliquo asserimus. Qua enim ratione individuum / de aliquo praedicetur, nisi quia de se, non est facile assignare. A simi/li, quod a vulgo obicitur, probabile videtur, scilicet Socrates aliquem hominem / pascere, quia se. Huiusmodi tamen obiectio vel parum vel nil cogit. Nam, / si placet, conceditur; si non, nec sic. Probabile ergo est individuum / de nullo praedicari.

Ad quod tamen probandum hae et hiis similes / inducuntur rationes.

¶ Hoc individuum ‘Socrates’ removetur ab aliquo infe/riori huius speciei ‘homo’ et non a quolibet (nam tunc non eius inferius), / ergo hoc individuum ‘Socrates’ praedicatur de aliquo inferiori huius speciei ‘homo’, vel praedicari est possibile. /

Fallacia quoddam falsum negatur hac ‘Socrates non est lapis’, et non quolibet, / ergo aliquod falsum affirmatur hac, vel potest affirmari,

¹⁶ alt(er)o sic *O*, sed fortasse alterius legendum?

¹⁷ sub(stanti)alis] sub(stanti)alitas *O a.c.*

¹⁸ sic] si *O*

¹⁹ summatim] *lectio incerta*, sumulam *O*

et sic ipsa potest esse affirmativa, / cum tamen affirmatio et²⁰ negatio sint species oppositae enuntiationis.

Similiter hoc universale ‘sanum’ est contrarium alteri istorum universalium
‘aegrum’ ‘lapis’, / et non utriusque,
ergo alteri est par vel esse est possibile.

Similiter alterum / istorum quorum unum est homo et alterum est lapis
‘est’ rationale, et non / utrumque,
ergo alterum est irrationale vel esse est possibile;

vel²¹ si velit quis, / neget hoc individuum ‘risibile’ sicut et praedicari, sicut lapis iste nec res rationalis est nec irrationabilis.

¶ Amplius

si quid est hoc album, ipsum est hoc / coloratum, et non convertitur,
duo subicibilia significantur / his terminis
vel utroque istorum terminorum significatur aliquod subicibile, /
ergo alterum istorum subicibilium subicitur alteri
vel sic: ergo al/terius istorum terminorum significatum subicitur
significatio alterius.

Fallacia / si quid non est homo, ipsum non est risibile, nec e converso,
duo significantur his / terminis, quae removentur ab aliquibus,
ergo alterum istorum significatorum |96va| removetur ab altero;
ergo non sunt paria praedicabilia.

Similiter / si quid non est animal, ipsum non est homo, et non e converso,
duo significantur his / terminis, quae ab aliquibus removentur,
ergo alterum istorum significatorum removetur ab altero. /

Similiter si quid est risibile, ipsum est navigabile, et e converso,
‘et’ duo propria significantur his terminis,
ergo alterum istorum significatorum est proprium alterius;
quod est falsum; iam enim contingeret ipsum esse proprium plurium, cum utrumque / istorum
huius speciei ‘homo’ sit proprium.

Similiter si quid est duplum / alicuius, ipsum est multiplex ad illud,
et non e converso,
et duo, quorum / utrumque est unum relativorum,
significantur his terminis,
ergo alterum significatorum / istorum est relativum alterius.

¶ Amplius

si quid est hoc animal, ipsum est / hoc coloratum, et non e converso,
et si quid est hoc animal, ipsum est animal, et non e converso,
tria subicibilia significantur his terminis
‘hoc animal’ ‘animal’ ‘hoc coloratum’,
et quolibet²² / illorum trium terminorum significatur aliquod subicibile,
et significatum hoc termino / ‘hoc animal’
subicitur significato huius termini ‘animal’,
ergo ipsum subicitur significato huius termini / ‘hoc coloratum’.

²⁰ (et)] (ve)] a.c. O

²¹ vel] Vel’ O

²² quolibet] quo[r(um)]libet O

Fallacia si quid est risibile, ipsum est et homo et animal, et e converso, si quid / est risibile et animal, ipsum est homo, et e converso, tria significantur his terminis quorum / quodlibet est par alicui, et significatum hoc termino 'risibile' est par huic sig/nificato 'homo', ergo ipsum est par huic significato 'animal'. /

Quod vero obici solet individuum praedicari de uno / solo, non obest. Ipsum enim de uno solo dicitur praedica/ri, quia ab uno solo participatur. Et auctoritatem / recipimus, et tamen individuum de nullo praedicatur, sicut hanc aucto/ritatem recipimus 'Christus est lapis', non tamen concedimus quod Christus / est lapis, nec in lapidem credimus. Et, licet praedictam auctoritatem / concedamus, non tamen inde cogimur concedere quod individuum praedice/tur de aliquo, sicut hoc nomen 'rex' est dictio nomosyllaba, / non tamen est dictio habens unam syllabam partem. Iam enim accideret / partem esse suum totum, vel tantum quantum et suum totum, immo suum / totum secundum eos qui non discernunt inter voces consimiles. /

¶ Amplius. Hoc singulare 'hoc album' est accidens, ergo est in subiecto vel in subiectis; / sed cum ipsum sit singulare accidens, ipsum non est nisi in uno subiecto. <Sit> in hac pri/ma substantia 'Socrates'. Ex quo sic posse videtur argui. Haec prima substantia 'Socrates' / est subiectum huius singularis 'hoc album', et utrumque istorum est aliquod subiectum, / ergo haec prima substantia 'Socrates' est subiectum²³ huic singulari 'hoc album', ergo hoc singulare est praedicabile / de hac prima substantia 'Socrates'. Et si concedere placeat quod hoc singulare huic singulari non / subiciatur, tunc hoc argumentum

haec prima substantia est subiectum huius singularis 'hoc / album',
et utrumque est aliquod subiectum,
ergo haec prima substantia 'Socrates'
est / subiectum huic singulari 'hoc album'²⁴,

sic refellitur

aliquid est subiectum huius singularis / 'hoc album',
et hoc singulare 'hoc album'²⁵ aliud ab illo subicibili est,
ergo aliquid / est subicibile huic singulari 'hoc album'²⁶.

Similiter secundum vocem inducatur **[96vb]** hoc simile

isti equi sunt equi huius,
et sunt aequales,
ergo sunt aequales huic. /

Similiter haec sunt facta 'hoc',
et sunt facilia,

²³ subiectum] sub' O

²⁴ album] al O

²⁵ album] a(nima)l O

²⁶ album] a(nima)l O

- ergo sunt facilia huic.
 Similiter / hoc est comparatum huic,
 et est comparabile,
 ergo est comparabile huic.
 Similiter aliquid / est substantiale huic singulari ‘hoc animal’,
 et illud est ei²⁷ substantiale,
 ergo aliquid est substantiale / huic singulari ‘hoc animal’. /

<S>i vero magis placeat concedere quod hoc singulare ‘hoc animal’
 praedicetur de / hoc singulari ‘Socrates’, sic tamen quis id sustinere conetur, licet
 ad ipsum / sic sumi conentur.

- ¶ Hoc singulare ‘hoc animal’ praedicatur de hoc individuo ‘Socrates’,
 ergo / de aliquo.
 Fallacia iste nummus ‘est’ precium cap’ae tuae, demonstrato / aureo nummo,
 ergo unus nummus.
 Similiter quando Socrates erit niger, / ipse tunc erit hic homo albus,
 ergo tunc erit homo albus.
 Vel sic quando Socrates erit / sedens, Socrates erit hoc stans,
 ergo tunc erit stans.
 Similiter iste est²⁸ / fortior istis decem hominibus, demonstratis decem pueris,
 ergo / iste est fortior decem hominibus.

¶ Amplius

- hoc singulare ‘hoc album’ / praedicatur de individuo
 quod est hoc individuum ‘Socrates’,
 ergo de individuo quod non est hoc in/dividuum ‘Plato’;
 vel: ergo de individuo quod continetur sub hoc universali²⁹ ‘homo’. /
 Fallacia Socrates pascit hunc hominem qui ipse est,
 ergo hominem qui / non est Plato;
 vel: ergo aliquid quod non est homo.
 Similiter iste vi/det plura quae sunt manus huius,
 ergo plura quae non sunt lapides;
 vel: ergo / plura quae³⁰ sunt corpora.
 Similiter iste est in loco qui / est Gallia,
 ergo in alio loco quam in hoc loco.
 Similiter iste / audit vocem sacerdotis,
 ergo non sacerdotem.

¶ Amplius /

‘Socrates est hoc album’ hic praedicatur hoc singulare ‘hoc album’
 de aliquo de quo est / praedicabile,
 (nam de quo non est praedicabile facta est propositio),
 ergo ipsum est praedicabile de aliquo. /

²⁷ ei substantiale] sub(stanti)ale ei *et transportanda indicavit O*

²⁸ e(st)] e/rit *a.c. O*

²⁹ universali + [h(ic)] *O*

³⁰ quae + [non] *O*

Fallacia	‘Socrates est animal’ hic praedicatur hoc genus ‘animal’ de uno solo de / quo est praedicabile, ergo est praedicabile de uno solo.
Similiter	Socrates diligit / omnem hominem quem ipse videt, ergo diligit omnem hominem. /

<V>erisimilius tamen est quod hoc singulare nec de singulari praedicetur / nec de alio. Nam hoc negato cogi posse / videtur hoc singulare ‘hoc animal’ praedicari de aliquo, de quo non hoc singulare ‘hoc ni/grum’, et e converso, cum neutrum eorum praedicetur de aliquo de quo / reliquum eorundem.

¶ Amplius. Cum duo praedicentur / in istis div`i`sim ‘hoc album est Socrates’ ‘hoc album est album’, nihil pro/hibet ipsa praedicari coniunctim. Ergo possibile est ex his fieri unum praedi/catum, et sic possibile est quod significatum hoc termino ‘Socrates al/bus’ et praedicatum sit et praedicetur. Concedi³¹ etiam oportet quod significatum huius termini ‘hoc animal’ praedicetur de aliquo in/feriorum huius universalis ‘phoenix’, cum de hoc inferiori eius praedicetur / hoc singulare ‘hic phoenix’ et a nullo inferiori eius removeatur. /

II

¶ Secundum propositorum est quod HIS TERMINIS ‘HOC ANIMAL’ ‘HOC ALBUM’ NON SIGNIFICATUR [97ra] IDEM SINGULARE.

Circa quod haec sunt consideranda. /

- (1) utrum aliqua singularia sint paria. /
- (2) utrum omne singulare sub specie specialissima contineatur. /
- (3) utrum omne singulare sit individuum, et e converso. /
- (4) utrum id quod singulare est, sit sensibile. /
- (5) utrum hoc nomen ‘Socrates’ significet Socratem. /
- (6) utrum hoc nomen ‘Socrates’ sit unius tantum [cum huius individui, cum huius nominis]. ///

<S>ub compendio igitur inductis his propter quae / probabile videtur singulare de nullo praedicari, et / repulsis his propter quae quamplures mentiuntur / individuum de aliquo praedicari; an idem singulare significetur / his terminis ‘hoc animal’ ‘Socrates’ ‘hoc album³²’, argumentando disquiratur.

Primo / improbato idem singulare ipsis significari, hoc modo.

³¹ Concedi] Conce[den]di O

³² album + [h(oc)] O

¶ Idem `singulare' significatur / his terminis 'hoc animal' 'hoc album'; in quibus idem communiter ponitur, et possibile est illud se/parari; ergo dempto eodem ab utroque utrimque, quod reliquum / est, idem est. Unde Aristoteles in septimo Topicorum (VII-1 152b12-15): "Si duplum dimidii / et multiplex dimidii idem significant, dempto dimidio / reliquum vult idem significare. Nam si eodem ab utroque albato / quod relinquitur alterum iam non idem". Ex quo sic est interimere. Demp/to eodem ab utroque istorum 'hoc animal' 'hoc album', non idem est quod reliquum / est; ergo non idem significatur istis terminis 'hoc animal' 'hoc album'.

¶ Amplius. / Hoc singulare 'hoc album' positum ponit aliquid quod hoc singulare 'hoc animal' positum / non ponit. Nam si quid est hoc album, ipsum est animal; sed non si quid est / hoc animal, ipsum est album. Ergo non idem tantum significatur istis terminis 'hoc / animal' 'hoc album'. Locus ab Aristoteli in septimo Topicorum. Quod tamen / ne videatur habere instantiam, sic fiat argumentum. Si quid est / hoc album, ipsum est animal; et possibile est aliquid esse et hoc animal et album, / et illud idem simul esse et hoc animal et non album; ergo non idem tantum / significatur his terminis 'hoc animal' 'hoc album'.

¶ Amplius. Cum idem singulare sit hoc / singulare 'hoc animal' et hoc singulare 'hoc animal rationale' quod hoc singulare 'Socrates', hoc singulare 'hoc animal' / singulare est cui substantialis est haec differentia 'rationale'; ergo non est conveniens / locutio haec 'Socrates est hoc animal rationale', aut ergo est nugatoria. /

¶ Amplius. 'Socrates est hoc animal' 'Socrates est rationale' duo praedicantur in istis / divisim de hoc individuo 'Socrates', quae impossibile est de eodem praedicari coniunctim, / ergo non est conveniens locutio 'Socrates est `hoc' animal rationale' aut / falsa.

¶ Amplius. Significatum huius termini 'rationale' est substantiale significa/to huius termini 'hoc animal', ergo istis tribus solis sibi invicem coniunctis nullo / interposito nullus est praedicatus terminus.

¶ Amplius. [97rb] 'Socrates est hoc animal' 'Socrates est rationale' duo praedicantur in istis divi/sim. Alia tantum praedicantur divisim in istis, vel aliqua quae non sunt illa <quae praedicantur in istis> / 'Socrates est hic homo' 'Socrates est albus'. Et sola illa quae in prioribus praedicantur / divisim, in hac praedicantur coniunctim 'Socrates est hic homo albus'. Ergo non / tantum idem significatur istis terminis 'hic homo albus' 'hoc animal rationale'.

¶ Amplius. / Utriusque istorum temrinorum 'hoc animal' 'istud album' aliqua pars / est; quibus idem significatur aliqua parte unius, quod neutra parte alterius; et / si quid est hoc, ipsum `est' istud, et e converso; ergo si quid est animal, ipsum est album, vel / e converso.

Secundum hanc opinionem concedi oportet hos terminos / ‘hoc album’ ‘hoc nigrum’ in diversis temporibus idem significare. Con/tra quod sic. In nullis temporibus significabunt isti termini aliquid / vel aliqua in quibus non erunt partes; ipsorum <terminorum> duo nomina sig/nificantia contraria universalia; quorum terminorum unus tantum `unius³³ illorum tantum` erit pars / et reliquum³⁴ reliqui. Ergo non tantum idem significabitur his terminis / ‘hoc album’ ‘hoc nigrum’. /

`E`x praedictis `igitur` palam est / non idem significari his terminis ‘hoc animal’ ‘hoc album’.

Quod / tamen sic videtur posse probari.

	¶ Unum tantum et ³⁵ idem demon/stratur cum dicitur ‘Socrates est hoc album’ ‘Socrates est hoc animal’, ergo tantum idem significa/tur his terminis ‘hoc animal’ ‘hoc album’.
Fallacia	unum tantum et idem demon/stratur cum dicitur ‘O, magister’ ‘O, homo’ ‘O, Socrates, veni (vel lege)’, ergo idem sig/nificatur his terminis ‘magister’ ‘homo’ ‘Socrates’ vel his ‘lege’ `‘veni’.
`Similiter	idem appellatur hoc nomine ‘homo’ quod hoc nomine ‘animal’ (vel eidem con`venit cui illud), ergo idem significatur hoc nomine quod illo.

Notan/dum enim quod, quemadmodum non significatur idem his terminis vel his nominibus, / licet eidem convenient vel idem appellent, si`c` nec idem significatur / his terminis ‘hoc album’ <‘hoc animal’>, licet idem sic demonstretur³⁶. Non enim semper quod / aliquo termino demonstratur, eodem significatur, ut hoc pronomine / ‘hoc’ demonstratur unum³⁷, non tamen eo `significatur unum³⁸; et hoc pronomine ‘haec’ demonstrantur plura, non tamen eo` significantur plura. Simili ra/tione non significatur idem his terminis ‘hic homo’ ‘hoc risibile’. Quo tamen negato, / videtur accidere inconveniens. /

II-1 <Q>uaeritur enim utrum haec singularia ‘hic homo’ ‘hoc risibile’ paria / sint.

Quae maxime videntur esse paria, si aliqua / paria esse possint. Quod etiam sic videtur posse probari. /

¶ Si aliquid est hic homo, illud est risibile, et e converso,

³³ unius] un(de) seu un(um) O

³⁴ reliquu(m) sic O, sed fortasse reliquus legendum?

³⁵ et] est O

³⁶ demonst(re)t(ur)] demonst(ra)t(ur) a.c. O

³⁷ unum] u(eru)m O

³⁸ unum] u(eru)m O

utroque istorum terminorum / aliquid significatur,
ergo istis terminis significatur idem vel paria.

Quod, si quis / velit, concedat, dicens haec singularia esse paria subicibilia, /
quia si unum subicitur alicui, et reliquum, et e converso; non tamen oportet
al/terum de altero praedicari, nec alterum alteri esse substantiale vel ac/cidentale.

Verius tamen est nulla singularia esse paria. Et ideo primi argumenti /
haec sit per simile solutio.

Si qua sunt quinque, ipsa sunt duo et |97va| tria, et e converso,
quolibet istorum trium terminorum ‘duo’ ‘tria’ ‘quinque’ /
aliquid significatur,

ergo his tribus terminis significatur³⁹ idem vel paria.

Similiter / si quid est et risibile et animal, ipsum est navigabile, et e converso,
quolibet istorum termi/norum aliquid significatur,
ergo idem vel paria.

Similiter si quid est animal, ipsum est / rationale vel irrationale, et e converso,
quolibet istorum trium⁴⁰ terminorum aliquid significatur, /
ergo idem istis vel paria.

Similiter si quid est homo, ipsum non est animalia,
si qua / sunt animalia, ipsa non sunt homo,
utroque istorum terminorum ‘homo’ ‘animalia’ / aliquid significatur,
ergo istis significantur opposita.

II-2 `Q`uaeri etiam solet utrum omne singulare sub aliqua specie
specialissima⁴¹ / contineatur; et sic utrum hoc singulare ‘hoc animal’ contineatur
sub / hac specie ‘homo’, demonstrato Socrate.

Quod sic videtur posse probari. /

¶ Significatum hoc termino ‘hoc animal’
est prima substantia sive singulare,
ergo continetur sub / aliqua specie specialissima;

et sic cum non sub alia quam sub hac specie / ‘homo’, ipsum non potest esse aliud eius
inferius quam hoc individuum ‘Socrates’; nam impossibile / est aliquod singulare contineri
sub aliqua specie specialissima, sub qua aliud con/tinetur, nisi sit idem illi vel nisi sit aliqua
res unius quae alterius.

Solutio. Di/cimus autem quoniam non idem⁴² singulare est significatum
hoc termino ‘hoc animal’ et significatum hoc termino / ‘hic homo’; et ideo cum
hoc singulare ‘hic homo’ sit proprium inferius⁴³ speciei huius ‘homo’ / et⁴⁴ sub

³⁹ significatur + [(er)g(o)] *O*

⁴⁰ trium] t(er)um *O*

⁴¹ specialissima] sp(eci)alia *O*

⁴² idem] id *O*

⁴³ inferius speciei huius] sp(eci)ei h(uius) inferi(us) *et transportanda indicavit O*

⁴⁴ et] esse *O*

ipsa⁴⁵ contineatur, hoc singulare ‘hoc animal’ sub ipsa non continetur / nec etiam sub aliqua specie specialissima.

Praedicta igitur argumenti haec sit per si/mile prohibitio.

- Iste est filius alicuius,
ergo iste habet aliquem patrem. /
- Similiter primus homo fuit homo,
ergo genitus fuit ab aliquo. /
- Similiter prima syllaba huius dictionis ‘ama’ est syllaba,
ergo con/stat ex litteris.
- Similiter haec dictio ‘rex’ est dictio,
ergo constat / ex syllabis.
- Similiter pes iste est pes,
ergo est pars alicuius hominis. /

Quemadmodum enim aliquis pes est qui nullius hominis pars est, sic et / aliquod singulare et aliqua prima substantia est quod vel quae nullius speciei contentum / est nec sub aliqua specie continetur.

¶ Amplius

- si quid est hoc animal, ip/sum est⁴⁶ animal, et non e converso,
si quid est hoc animal, ipsum est homo, et non e converso,
(quod / grate⁴⁷ concedimus),
hoc singulare ‘hoc animal’ est contentum huius universalis ‘animal’,
ergo est contentum / huius universalis ‘homo’.
- Fallacia si quid est homo, ipsum est sensibile, et non e converso,
si quid est / homo, ipsum est animal, et non e converso,
hoc universale ‘homo’ est species huius universalis ‘animal’,
ergo ipsum / est species huius universalis ‘sensibile’.
- Similiter si quid est risibile, ipsum est homo, / et e converso,
si quid est risibile, ipsum est navigabile, ‘et e converso’,
‘et hoc proprium ‘risibile’⁴⁸ est proprium huius universalis ‘homo’,
ergo est proprium huius universalis ‘navigabile’.

Ideo non⁴⁹ oportet concedere quod hoc / singulare ‘hoc animal’ contineatur sub hoc universali ‘homo’, sed sub hoc universali ‘animal’ proximo / loco.

Contra quod sic.

- Istae duae differentiae ‘rationale’ ‘irrationale’ /
sunt differentiae sufficienter dividentes hoc genus ‘animal’,
sub quo / genere proximo loco continetur hoc singulare ‘hoc animal’,
ergo altera istarum / differentiarum est ei substantialis.
- Fallacia hoc genus ‘corpus’ sufficienter dividitur / per species specialissimas,

⁴⁵ ipsa] p(rima) sp(eci)e a.c. O

⁴⁶ est + [ho()c] O

⁴⁷ grate] gr(ati)a O

⁴⁸ risibile + [*] O

⁴⁹ non] u(ero) O

sub quo genere continetur hoc universale 'animal' proximo [97vb] loco,
 ergo aliqua illarum specierum est substantialis huic generi 'animal'.
 Similiter / istae duae differentiae 'rationale' 'irrationale' sunt differentiae
 substantiales sufficienter / dividentes hoc genus 'animal',
 hoc universale 'animal bipes' est species [genus]
 'huius' generis 'animal' / sive proxima eius species,
 ergo istarum differentiarum altera est substantialis
 huic universali / 'animal bipes';
 ergo non utraque illarum differentiarum excedit hoc universale et exce/ditur ab eodem.
 Quemadmodum enim alicui speciei est substantiale hoc genus 'animal' cui / nulla eius species,
 vel alicui speciei est substantiale hoc genus 'animal' cui neutra istarum / differentiarum
 'rationale' 'irrationale', sic alicui singulari est substantiale aliquod genus cui nulla eius⁵⁰
 differentia / divisiva nec aliqua eius species. Vel huic singulari est substantiale hoc genus cui
 nulla / eius species; non tamen alicui singulari, quia hoc esset quod alicui singulari conten/to
 sub aliqua specie specialissima, sicut hic nummus est pretium / cap`p`ae tuae, nec tamen unus;
 et Socrates fuit heri hic homo albus, non tamen homo / albus. /

II-3 <Q>uaeritur autem utrum omne singulare sit individuum, et e
 converso.

Ad cuius / cognitionem considerandum quid proprie sit dicendum
 singulare et quid / individuum. Singulare dicitur quodlibet contentum sub
 universali quod contentum non est / praedicabile; individuum vero non dicitur
 nisi singulare contentum sub specie specialissima, ut hoc singulare / 'hic homo'
 et hoc singulare 'hoc legens'.

Consueverunt tamen q u i d a m n o s t r o r u m / individuum non dicere
 nisi contentum proximo loco sub specie specialissima. Secundum / quod omne
 individuum est prima substantia, et non e converso. Nihil enim est prima
 substantia nisi singulare / contentum sub praedicabili in quid, et quodlibet tale
 singulare prima substantia est, / quemadmodum et omne genus et omnis species
 una substantia.

Sed quocumque istorum mo/dorum de individuo sentiatur, nihil refert.
 Semper enim verum est quod / omne individuum est singulare, et non e converso,
 ut hoc singulare 'hoc animal' singulare est et non individuum. /

Contra quod sic.

Hoc singulare 'hoc animal' est subicibile, et non est universale,
 ergo est individuum.

Fallacia / haec dictio 'publica' est pars huius nominis 'respublica',
 et non est syllaba,
 ergo / est littera.

Similiter hoc universale 'album' est universale, et non est genus,
 ergo est proprium.

Quemad/modum enim aliquod universale est quod non est genus nec proprium, sic et aliquod

⁵⁰ eius differentia] diff. eiu^s et transportanda indicavit O

su/bicibile quod nec est universale nec individuum, ut hoc singulare ‘hoc animal’. /

II-4 <Q>uid vero sit illud quod singulare est, / dubitari solet.

Et sunt qui mentiuntur singulare esse quod sensibile / est ut Socrates, quia scriptum reperitur quod Socrates sit individuum.

Quod impro/babile et inopinabile videtur, cum ex hoc ad multorum absurdorum / concessionem cogi posse videatur, scilicet quod individuum eat ad forum, et / quod totus mundus subiciatur in una propositione, et quod quaedam species / sit in hac olla vel in aqua calida.

Nec etiam secundum hoc individuum constat ex propri/etatibus, sed unum ex oppositis individuis quae sunt substantiae, ut Socrates ex / manibus et pedibus et ceteris.

¶ Amplius Socrates alicuius quantitatis est, et Socrates / est individuum huius speciei ‘homo’, ergo Socrates est inferius huius speciei ‘homo’. Ex quo lice`a`t sic / arguere pueros. Socrates est individuum huius speciei ‘homo’, ergo est inferius [98ra] huius speciei ‘homo’; et Socrates est alicuius quantitatis, ergo haec species ‘homo’ / est maior Socrate. Quid enim prohibet speciem esse alicuius quantitatis, scilicet / aut minoris aut maioris aut tantae quantae est Socrates?

Secundum / hoc etiam hoc genus ‘substantia’ est maius⁵¹ toto mundo, et hoc universale ‘arbor’ est / superius altissima quercu, et aliquid est superius caelo.

¶ Se/cundum hoc etiam hic binarius est individuum et singulare accidens, ergo hic / binarius non est in pluribus subiectis. Nam si ipsum est accidens / quod est in pluribus subiectis, ipsum est accidens non singulare, immo universale. /

¶ Secundum hoc etiam hic populus, cum non sint homines nisi qui sunt hic populus, / est individua huius speciei ‘homo’. Nam unum individuum esse non potest, et sic / iste terminus ‘hic populus’ significat plura, ergo in eo est aequivocatio vel am/phibolia. Locus ab Aristotelis in Elenchis.

Secundum hoc etiam non possunt / hii homines esse nisi ipsi sint et hic populus et populus. Si vero / dicatur quod hic populus sit una prima substantia contenta sub specie / opposita huic speciei ‘homo’, inferatur: ergo hic populus non est homines. Si vero / dicatur quod hic populus est prima substantia contenta sub hac specie ‘homo’, sic proce/datur: hic populus est prima substantia contenta sub hac specie ‘homo’, sub qua / continentur primae substantiae differentes numero ab hac, `et` aliqui⁵² homines / sunt hic populus, ergo falsum est nullum hominem esse praeter homines qui sunt / hic populus.

⁵¹ mai(us)] maior *a.c.* *O*

⁵² aliqui] aliquo *O*

Et secundum hoc Socrates differt numero ab hoc populo.

Secundum hoc / etiam iste terminus ‘haec animalia’ significat plura.

¶ Propter⁵³ huiusmodi inconveni/entia dicimus id quod significatur hoc termino ‘Socrates’ esse individuum, et non id quod / eo appellatur, dicentibus singulare esse quod sensibile est ut Socrates, omnino / adversantes, quamvis scriptum reperiatur quod Socrates sit individuum. Quod ideo / dicitur quod significatum hoc termino ‘Socrates’ est individuum, non quia id quod Socrates ‘est’ sit individuum; / sicut dicitur quod homo species est, non quia id quod⁵⁴ est homo, sed quia / id quod significatur hoc termino ‘homo’. Memoriter igitur teneatur individuum / esse id⁵⁵ quod significatur hoc termino ‘Socrates’ et non id quod eo appellatur. Cuius / individui res est id quod appellatur hoc nomine ‘Socrates’, id est Socrates est Socrates; quod / individuum non potest videri, sicut nec anima. /

II-5 <D>ubitari vero solet an hoc nomen ‘Socrates’ significet⁵⁶ Socratem an ap/pellet.

Quod vero hoc nomen⁵⁷ ‘Socrates’ significet Socratem, his inductis / rationibus multi conentur probare.

¶ Hoc nomen ‘Socrates’ est no/men Socratis,
ergo significat Socratem.

Fallacia pueris hoc nomen ‘Socrates’ ‘est’ nomen tertiae / declinationis,
(sive masculini generis sive feminini sive neutri),
ergo significat / tertiam declinationem (vel masculinum),

ergo etc.

Similiter et haec verba ‘aequivoca dicuntur etc’
sunt verba Aristotelis (*Cat.* 1, 1a1),
ergo significat Aristotelem.

Similiter hoc / nomen ‘homo’ est nomen huius speciei ‘homo’,
ergo nominat vel appellat hanc spe/ciem ‘homo’.

¶ Amplius

hoc nomen ‘Socrates’ non est nisi nomen Socratis,
hoc⁵⁸ nomen / ‘Socrates’ non est nomen nisi huius individui,
hoc individuum non est Socrates,
ergo hoc nomen [98rb] non est nomen unius tantum;
vel: ergo hoc nomen non est nomen huius individui / tantum.

Fallacia hoc nomen <‘homo’> significat hanc speciem ‘homo’ tantum,
significat hunc / intellectum ‘tantum’,

⁵³ Propter + [*] *O*

⁵⁴ quod + [so(crates) sit] *O*

⁵⁵ id] id(em) *O*

⁵⁶ significet] sig(nifi)cat *ut videtur O*

⁵⁷ n(omen)] un(um) *a.c. O*

⁵⁸ h(oc)] (er)g(o) *a.c. O*

- haec species⁵⁹ non est hic intellectus,
ergo hoc nomen non significat / unum tantum;
vel: ergo non hanc speciem tantum.
- Similiter Socrates est in mari tantum, /
Socrates est in navi tantum,
navis non est mare,
ergo Socrates non est in uno loco / tantum;
vel: ergo non tantum in mari.
- Similiter Socrates est in Gallia tantum, /
in mundo tantum,
etc.

Similiter in dicere propositionem et dicere verum, / in audire vocem et audire sacerdotem.

¶ Solutio. ¶ His nihil impedientibus, dicimus hoc nomen ‘Socrates’ non significare Socratem sed appellare, sicut / hoc nomen ‘verum’ non significat verum sed appellat; nec hoc nomen / ‘duo’ significat duo sed nominat (ipsum enim univocum tantum est); / sicut etiam iste terminus ‘hoc verum’ vel iste terminus ‘id quod est homo’ non / significat hoc verum vel id quod est homo, sed huic vel illi convenit.

II-6 ¶ Solvitur / etiam in his sexta dubitatio, scilicet utrum hoc nomen ‘Socrates’ sit nomen unius tantum, / cum ipsum sit nomen individui huius et nomen Socratis, cum hoc individuum non sit Socrates. /

III

¶ Tertium propositum est quod NON EX SOLIS SUBSTANTIALIBUS HABET ESSE / PRIMA SUBSTANTIA.

Ad cuius evidentiam multorum occurrit consideratio. / Circa quod haec sint consideranda. /

- ¶ (1) utrum aliqua singularia alicui individuo sint substantialia. /
- ¶ (2) utrum aliquid ad alicuius esse exigatur quod non sit ei substantiale. /
- ¶ (3) utrum hoc singulare ‘hoc animal’ ‘hoc animal’, demonstratis diversis, differant substantialiter. /
- ¶ (4) utrum aliqua singularia contineantur sub pluribus quae in quid non praedicantur. /
- ¶ (5) utrum substantialis differentia sit substantialis alicui cui non genus cuius ipsa est differentia. /
- ¶ (6) utrum quodlibet superius suo inferiori sit substantiale. /
- ¶ (7) utrum hoc corpus animatum erit inanimatum. /
- ¶ (8) utrum animatio huic corpori sit substantiale. /

⁵⁹ species non est] non est sp(eci)es *et transportanda indicavit O*

- ¶ (9) ex quibus habeant esse singulare sub aliis universalibus quam sub in quid praedicabilibus contenta. /
- ¶ (10) utrum descriptio individui conveniat omni individuo et soli. /
- ¶ (11) utrum omnis res singularis aliqua res sit et quae cuius res sit. /
- ¶ (12) utrum omne singulare sit esse suae rei. /
- ¶ (13) utrum singulare a re sua differat. /
- ¶ (14) utrum plura singularia sint quae significantur his terminis ‘hic homo’ ‘hoc animal’. /

‘C’um igitur circa ea quae de singularibus / sunt consideranda, multiplex diversorum opinio, / de prima substantia multi opinantur / contraria. Sunt enim qui mentiantur / primam substantiam habere esse ex solis substantialibus. Sunt etiam qui contrarium / opinantur, primam substantiam non ex solis substantialibus habere esse / asserentes; quod n o s t r a t u e t u r o p i n i o , tenentibus contrarium mul/tis obviando rationibus.

Quod ut manifestius appareat ex |98va| quibus habeant esse singularia, primo est considerandum circa singularia sub / speciebus specialissimis contenta, prima super hoc facta consideratione.

¶ Sunt / autem quibus placeat huiusmodi singularia non habere esse nisi ex solis substantialibus. / Quod tali videntur sibi probatione confirmare.

Testatur Boethius⁶⁰, ut aiunt, / speciem esse totum esse suorum individuorum. Ex quo sic arguitur. ¶ Haec / species ‘homo’ est totum esse huius individui ‘Socrates’; et quaecumque exiguntur / ad esse huius speciei ‘homo’, exiguntur ad esse huius individui ‘Socrates’; ergo quaecumque exi`guntur ad esse huius individui ‘Socrates’, exiguntur ad esse huius speciei ‘homo’; et haec species ‘homo’ / non habet esse nisi ex solis substantialibus, ut ex istis ‘animal’ ‘rationale’ ‘mortale’ / ‘gressibile’ ‘bipes’ ‘perceptibile disciplinae’ ‘mansuetum’; nec refert sive haec sive alia accipian/tur, solum ea accipiuntur ex quibus habet esse haec species ‘homo’; ergo hoc / individuo ‘Socrates’ non habet esse nisi ex solis substantialibus et ex eisdem. Et propter / huiusmodi rationem sic ponunt.

Ex quo ut eorum concessio, sic eis ob/vietur.

¶ Haec oratio ‘animal rationale⁶¹ mortale etc’ est definitio ex/plicans convenienter et sufficienter nec superflue esse substantiale huius / individui ‘Socrates’; `ergo haec oratio est definitio huius individui ‘Socrates’; et nihil est Socrates quod non sit animal rationale mortale etc; ergo nihil est / animal

⁶⁰ *Ubi?*

⁶¹ rationale + [r(ati)o()] O

rationale mortale etc [ergo nihil est animal rationale mortale] quod non sit Socrates. Asseritur / etiam ab his quodlibet definitum et suam definitionem esse paria. /

¶ Amplius haec oratio non est definitio huius individui ‘Socrates’, et ipsa explicat / convenienter et sufficienter nec superflue esse substantiale huius individui⁶², / et haec oratio definitio est, ergo aliquid substantiale est huic individuo quod non in / hac definitione ponitur nec in aliquo in ea posito intelligitur.

¶ Amplius haec / oratio est definitio explicans convenienter et sufficienter nec dimi/nute tam substantiale esse huius individui ‘Socrates’ quam huius speciei ‘homo’, et ipsa / est definitio huius speciei ‘homo’, ergo et huius individui vel non huius individui, ergo non huius speciei. /

¶ Amplius hoc individuum ‘Socrates’ non constat nisi ex genere et substantialibus / differentiis vel substantiali differentia, ergo ipsum est species (vel sic: ergo ipsum definitur / vel definiri potest), ergo ipsum est species vel esse potest.

¶ Amplius / quaecumque exiguntur ad hoc quod aliquid sit Socrates, exiguntur ad hoc quod aliquid sit Plato, et e converso; ergo possibile est Socratem esse Platonem (vel sic: ergo / possibile est Socratem esse Platonem), vel e converso.

¶ Amplius Socrati conveniunt quaecumque / exiguntur et sufficiunt ad hoc quod aliquid sit Plato, et e converso; / ergo Socrates est Plato vel esse potest, vel e converso. Nam quid prohibet Socratem esse asinum, / si omnia illa et sola conveniunt Socrati quae sufficiunt / et exiguntur ad⁶³ hoc quod aliquid sit asinus.

¶ Propter haec et huiusmodi inconvenientia non ex solis / substantialibus primam substantiam esse asserimus, speciem / esse totum esse suorum individuorum sic intelligentes, id est nullum / substantiale esse substantiale [speciei] individuo quod non sit species vel de⁶⁴ esse speciei. /

Unde hoc individuum ‘Socrates’ non habet esse ex solis substantialibus. Sed, quemadmodum / hoc universale ‘homo’ sufficienter habet esse ex istis universalibus ‘animal’ ‘rationale’ ‘mortale’ |98vb| ‘gressibile’ ‘bipes’ ‘perceptibile disciplinae’ ‘mansuetum’, sic hoc individuum ‘Socrates’ sufficienter habet esse ex istis / universalibus et ex istis singularibus eorum inferioribus ‘hoc animal’ ‘hoc rationale’ ‘hoc mortale’ ‘hoc gressibile’ / ‘hoc bipes’ etc.

⁶² individui + [so()] *O*, sed fortasse Socrates retinendum est?

⁶³ ad hoc quod] q(uo)d ad hoc et transportanda indicavit *O*

⁶⁴ de esse] dee(st) *O*

III-1 Contra quod sic. Haec singularia exiguntur ad esse huius individui ‘Socrates’, / ergo sunt substantialia eidem individuo. / <Q>uaestio igitur esse solet utrum aliqua singularia alicui in/dividuo sint substantialia.

Ad quod etiam probandum mul/tae inducuntur rationes. Hae sunt: haec singularia exiguntur ad esse / huius individui ‘Socrates’, ergo sunt substantialia eidem individuo.

¶ Item hoc / singulare ‘hoc rationale’ est de⁶⁵ esse huius individui ‘Socrates’, et haec rationalitas est substantialis / Socrati, ergo <hoc> singulare ‘hoc rationale’ est substantiale huic individuo.

Quod, quia quidam / nostrorum consueverunt concedere, sic sustineatur ad praesens, / quamvis ad id sic conetur quis.

Fallacia ¶ Aliquid est substantiale huic in/dividuo ‘Socrates’,
quod nec huic individuo ‘Plato’, et e converso,
(quia⁶⁶ huic hoc singulare ‘hoc / rationale’,
illi hoc aliud singulare ‘hoc rationale’),
ergo hoc individuum differt ab / illo individuo substantialiter.
et aliquod nomen et aliqua ratio / substantiae est
huius universalis ‘animal’, quod⁶⁷ vel quae non <est>
‘huius’ universalis vel huius speciei ‘homo’, et e converso,
ergo haec species / ‘homo’ differt ab hoc genere ‘animal’
nomine et ratione substantiae;

ergo / est ei opposita.

Similiter aliqua differentia substantialis est / substantialis huic universali⁶⁸
‘animal bipes’, quae non huic universali ‘animal rationale’,
et e converso,
ergo / hoc universale differt ab illo substantialiter;

ergo ipsa non praedicantur de eodem singulari. /

Similiter⁶⁹ aliqua albedo (vel rationalitas) est in Socrate quae non in / Platone,
et e converso,
ergo Socrates differt a Platone albedine (vel rationalitate). /

Fallacia ¶ Amplius
aliquid est substantiale huic individuo ‘Socrates’,
et ei oppo/situm est substantiale huic individuo ‘Plato’,
ergo haec duo individua dif/ferunt substantialiter.
aliqua albedo est in hoc cygno, /
albedo differens ab ea est in hoc alio cygno,
ergo isti cygni / differunt albedine.

‘Similiter’ ‘Socrates est animal’ ‘margarita est lapis’
aliquod / genus praedicatur in hac,

⁶⁵ de esse] dee(st) O

⁶⁶ q(uia)] q(uod) a.c. O

⁶⁷ quod + [h(uius)] O

⁶⁸ universali] u(niversale) O

⁶⁹ Similiter + [h(aec)] O

- et oppositum praedicatur in illa,
ergo istae propositiones / differunt genere.
- Similiter Socrates habet aliquas vestes, et Plato / alias et tamen similes,
concesso vero haec individua differre sub/substantialiter, inferatur:
ergo haec⁷⁰ individua non sunt individua
eiusdem speciei / specialissimae.
- Vel sic haec individua differunt substantialiter,
utrique / istorum aliquod substantiale est substantiale,
ergo aliquod substantiale est substantiale uni / istorum
quod non alteri eorundem alii ab illo;
ergo aliquod genus / vel aliqua species vel aliqua substantialis differentia vel aliqua definitio
est sub/substantialis uni istorum quod vel quae non alteri eorundem, alii ab / illo.
- ¶ Amplius
hoc singulare ‘hoc rationale’ est substantiale huic individuo ‘Socrates’,
/ omne substantiale, quod est substantiale huic individuo ‘Socrates’,
est substantiale huic in/dividuo ‘Plato’,
ergo hoc⁷¹ singulare ‘hoc⁷² rationale’,
<quod est substantiale huic individuo ‘Socrates’>,
est substantiale huic individuo ‘Plato’. /
- Fallacia hoc malum est bonum alicui,
omne bonum, quod est |99ra| bonum alicui, est bonum,
ergo hoc malum est bonum.
- Similiter / Aethiops est albus secundum quid,
omne album, quod est album secundum quid, est / album,
ergo Aethiops est albus.
- Similiter isti sunt fratres aliquorum, /
omnes fratres, qui sunt fratres aliquorum, sunt fratres,
ergo isti sunt fratres.
- Si/militer haec sunt similia illis,
omnia similia, quae sunt similia illis, / sunt similia,
ergo haec sunt similia.
- ¶ Similis est solutio huius argumenti
hoc / singulare ‘hoc rationale’ est substantiale huic individuo ‘Socrates’,
omne substantiale, quod est / substantiale huic individuo ‘Socrates’,
est genus vel species vel substantialis differentia,
ergo ipsum non / est singulare.
- Fallacia omnis homo albus est Socrates vel Plato vel Cicero,
sed Virgilius est albus homo secundum quid,
ergo Virgilius est Socrates vel Plato vel Cicero.
- Similiter / omnis homo albus, qui est albus secundum quid,
est Socrates vel Plato vel Cicero,
cum / non sint albi nisi isti simpliciter,
sed Virgilius est homo albus secundum quid, /

⁷⁰ haec] h O

⁷¹ h(oc)] h(aec) a.c. O

⁷² h(oc) r(ati)o(nale)] h(aec) r(ati)o a.c. O

ergo Virgilius est Socrates vel Plato vel Cicero
vel: ergo Virgilius non est Virgilius.

Similiter / etiam et in aliis praedictis similibus solutio.

<S>i quis ergo velit, sic sustineat / singularia esse substantialia individuo, ut hoc singulare 'hoc animal' 'hoc / rationale' etc huic individuo 'Socrates', praedicto modo sustinens / hoc singulare 'hoc rationale' esse substantiale huic individuo 'Socrates', cum ipsum ad eius esse exigatur / et de ipsius esse sit.

Quodsi non placeat, dicatur hoc singulare 'hoc / rationale' non esse substantiale huic individuo 'Socrates', sed naturale, et tamen exigatur / ad eius esse. /

III-2 `Secunda quaestio`.

`Q`uaestio igitur solet esse utrum aliquid ad alicuius esse exiga/tur quod non sit ei substantiale, cum ad hoc multae videantur / esse rationes. Sumatur igitur, exempli gratia, hoc singulare 'hoc rationale', quod vi/detur esse substantiale huic individuo 'Socrates', ad hoc probandum induc/tis rationibus, quibus tamen congrua similium inductione re/pulsis, et ideo aut parum aut minime cogentibus.

`Solutio`. Solva/tur dicto hoc singulare 'hoc rationale' non esse substantiale huic individuo 'Socrates', / sed naturale. Exigitur tamen ad eius esse, cum multa ad aliquorum esse / exigantur quae non sunt eis substantialia.

Contra quod sic.

¶ Hoc / singulare 'hoc rationale' exitur
ad esse huius individua 'Socrates',
ergo est `ei` substantiale.

Fallacia / hoc universale 'pater' est universale
sine quo non potest esse hoc universale 'filius',
ergo hoc / universale 'pater' est substantiale huic universali 'filius';
ergo haec universalia non sunt / opposita ut relativa.

Similiter hoc accidens 'coloratum' / est accidens
sine quo non potest esse hoc individuum 'Socrates',
ergo hoc accidens / est ei substantiale.

¶ Amplius

hoc singulare 'hoc rationale' exigatur ad esse huius in/dividui 'Socrates',
haec rationalitas `est` substantialis Socrati,
(quod grate⁷³ concedi/mus,
ne videamur subterfugere argumentum),
ergo hoc singulare 'hoc rationale' /
est substantiale huic individuo 'Socrates'.

Fallacia hoc universale 'coloratum' est / accidens
quod inest huic individuo 'Socrates',

⁷³ grate] gr(ati)a O

et nullus color inest [99rb] Socrati qui non insit ei separabiliter,
 ergo hoc accidens ‘coloratum’ est separabile accidens
 huius individui ‘Socrates’;

vel: ergo inest ei separabiliter;

ergo non ‘est’ verum / quod, si quid est Socrates, illud est coloratum. Vel: ergo possibile est
 hoc individuum ‘Socrates’ esse etsi hoc / accidens ‘non’ insit ei.

¶ Amplius

hoc singulare ‘hoc rationale’ exigitur
 ad esse / huius individui ‘Socrates’,
 et utrumque est subicibile,
 ergo alterum est alteri subicibile. /

Fallacia hoc universale ‘pater’ non potest esse nisi sit hoc universale ‘filius’,
 et utrumque / est accidens (sive praedicabile),
 ergo alterum est accidens alterius (vel praedicabile de altero). /

¶ Amplius

quicquid est substantiale huic individuo ‘Socrates’,
 est substantiale huic individuo ‘Plato’, / et e converso,
 ergo quicquid exigitur ad esse huius individui ‘Socrates’,
 exigitur ad esse huius in/dividui ‘Plato’, et e converso.

Fallacia nullus est terminus (vel pars) huius propositionis
 ‘omnis homo est animal’,
 qui vel quae non sit pars huius ‘quidam homo est animal’, /
 nec⁷⁴ e converso, (sunt enim subalternae),
 ergo nihil exigitur ad hoc quod aliquid sit / propositio haec
 quod non exigatur ad hoc quod aliquid sit ‘illa’ propositio,
 nec⁷⁵ e converso.

Similiter / nihil subicitur huic universali ‘homo’
 quod non subiciatur huic universali ‘risibile’, nec e converso,
 ergo nihil / exigitur ad hoc quod aliquid sit hoc universale ‘homo’
 quod non exigatur ad hoc
 quod aliquid / sit hoc universale ‘risibile’, nec e converso.

¶ Amplius

nihil substantiale est huic individuo ‘Socrates’ /
 quod non sit genus vel species vel substantialis differentia,
 ergo nihil exigitur ad esse huius / individui ‘Socrates’
 quod non sit genus vel species vel substantialis differentia.

Fallacia nihil est / genus huius universalis ‘substantial corporea’
 quod non sit hoc genus ‘substantia’,
 ergo nihil est substantiale huic / universali ‘substantial corporea’
 quod non sit hoc genus ‘substantia’;

ergo hoc universale ‘substantia corporea’ non est eius species; quem/admodum enim non
 genus solum est substantiale suae speciei, sic nec sola substantia/ia exiguntur ad esse
 individui.

¶ Amplius

⁷⁴ n(ec)] (et) a.c. O

⁷⁵ et] nec O

	hoc singulare ‘hoc rationale’ exigitur / ad esse huius individui ‘Socrates’, ergo ad esse huius speciei ‘homo’.
Fallacia	hoc universale ‘homo’ exigitur / ad esse huius individui ‘Socrates’, ergo ad esse huius universalis ‘homo’.
Similiter	haec differentia / ‘rationale’ est substantialis huic speciei ‘homo’, ergo et huic generi ‘animal’.
	¶ Am/plius hoc singulare ‘hoc rationale’ est naturale huic individuo ‘Socrates’, et omne naturale est / genus vel species vel substantialis differentia vel proprium, ergo hoc singulare est genus vel / species vel substantialis differentia vel proprium huius individui.
Fallacia	haec propositio ‘<Socrates> non / est lapis’ est enuntiatio veri, omnis enuntiatio est affirmatio vel negatio, ergo haec / propositio est affirmatio vel negatio veri; si negatio veri, et ipsa est falsa; si / affirmatio veri, et habet contradictoriam eius negativam ⁷⁶ .
Similiter	Socrates est / filius Platonis, omnis filius est homo, ergo Socrates est homo Platonis. /

‘Sic igitur constet quod si se habeat in singularibus contentis sub hac specie ‘homo’. Eodem modo se habet circa alias species / specialissimas, ut quemadmodum hoc universale ‘albedo’ sufficienter habet esse ex hoc / genere ‘color’ et ex hac differentia substantiali ‘factivum albi’, sic hoc singulare ‘haec / albedo’ sufficienter habet esse ex istis universalibus ‘color’ ‘factivum albi’, ut / sic forsitan hic assignanda sit descriptio huius singularis ‘<hic> color factivus albi’, id⁷⁷ est qui est et hic color et hoc factivum albi.

¶ In / praedicabilibus vero in quid, quae non sunt species specialissimae, qualiter / se habeat, hic coniectetur, ut quemadmodum hoc universale ‘animal’ sufficienter habet esse [99va] ex istis universalibus ‘substantia’ ‘animatum’ ‘sensibile’, ita ex eisdem universalibus et his eorum singularibus ‘haec substantia’ ‘hoc animatum’ ‘hoc sensibile’ habet esse hoc singulare ‘hoc / animal’, cum ipsum proximo loco contineatur sub hoc universali ‘animal’. /

III-3 ‘Tertia quaestio’.

‘Quaeri autem solet utrum haec singularia ‘hoc animal’ ‘hoc animal’, / demonstratis diversis, differant substantialiter an numero / solo, cum ipsa non sint singularia contenta sub specialissima eadem.

Quod / etiam sic videtur posse probari.

⁷⁶ negativam] negata(m) seu negat(iv)a O

⁷⁷ id est] (ve)l O

Utrique istorum singularium aliquid est substantiale /
quod non alteri eorum alii ab illo,

utrumque istorum sub aliquo genere / continetur,
ergo haec singularia differunt substantialiter.

¶ Amplius aliquid est substantiale / huic singulari 'hoc animal'
quod non est substantiale huic singulari 'hoc animal',
demonstrato alio singulari, / (nam huic singulari 'hoc singulare'
'hoc rationale', illi hoc singulare 'hoc rationale'),
ergo haec singularia differunt substantialiter.

¶ Amplius aliquid est substantiale
huic individuo 'Socrates' sive / huic singulari 'hoc animal',
ei oppositum est substantiale huic individuo 'Plato'
sive huic singulari / 'hoc animal', demonstrato alio,
ergo haec singularia 'hoc animal' 'hoc animal' differunt substantia/liter.

¶ Solutio. Ad haec autem sit solutio, dicto hoc singulare non differre
substantialiter, sed / solo numero, nec tamen sub specie specialissima
continentur eadem, / sicut haec universalia 'album' 'nigrum' sunt plura
praedicabilia sive universalia quae non / substantialiter differunt, non tamen
continentur sub specie specialissima eadem. / Et licet hoc animal ab hoc
animali differat rationalitate, non tamen haec singularia differunt substantialiter
vel his differentiis 'rationale' 'irrationale', cum hoc ab illo differat rationalitate,
sicut nec haec universalia 'sanum' 'aegrum' differunt substantialiter vel his
substantialibus differentiis 'rationale' 'irrationale', licet quoddam sanum a
quodam aegro / differat rationalitate et quoddam aegrum a quodam sano
irrationa/litate. Longe enim ab aliis in talibus dissentimus. Et ideo non /
differunt substantialiter haec singularia 'hoc animal' 'hoc animal', quia cum
ipsae sint primae substantiae / proximo loco sub eodem genere contentae, nulla
diversarum / differentiarum illius generis alteri istorum singularium 'est'
substantialis quae sit vel non sit re/liquo.

Et ideo huius argumenti 'utrique istorum singularium aliquid est substantiale etc', haec
/ sit per simile solutio:

quoddam album a quodam nigro differt / substantialiter,
haec universalia 'album' 'nigrum' sunt contenta
in eodem praedicamento, /
ergo haec universalia differunt substantialiter.

Sedundi vero argumenti haec sit solutio:

aliqua / albedo vel rationalitas est in Socrate quae non in Platone,
et e converso,
ergo Socrates / differt a Platone albedine vel rationalitate.

Tertio vero argumenti haec / sit solutio:

'Socrates est animal' 'margarita est lapis'
aliquod genus praedicatur in / hac

et oppositum praedicatur in illa,
 ergo istae propositiones differunt genere. /
 Similiter aliqua albedo est in hoc cygno,
 albedo differens / ab ea est hoc hoc `alio` cygno,
 ergo isti cygni differunt albedine. /
 Similiter Socrates habet aliquas vestes, Plato alias, similes tamen,
 ergo / Socrates et Plato differunt⁷⁸ vestibus.

Notandum vero quod non est con/cedendum aliquid esse substantiale huic singulari `hoc animal`, demonstrato [99vb] homine, quod non huic singulari `hoc animal`, demonstrato asino; nec hoc singulare / `hoc rationale` huic singulari `hoc anima`l` est substantiale vel naturale, cum hoc singulare `hoc / animal` quasi superius `sit` ad hoc singulare `hoc rationale`.

¶ Ex his per simile / coniectetur qualiter in reliquis praedicabilibus in quid se habeat. Quibus / vero oportuit distinctis ad contenta sub aliis praedicabilibus, / est transeundum.⁷⁹ /

III-4 `Quarta quaestio`.

<D>ubitari vero solet utrum aliqua singularia contineantur sub / praedicabilibus quae in quid non praedicantur.

Et sunt qui mentiantur singularia sub his / non contineri, ne aliquod singulare sit hoc singulare `Socrates` quod non hoc singulare `hoc album` / vel hoc singulare `hoc rationale` vel hoc singulare `hoc risibile`.

Ad hanc autem opinionem / infirmandam probabile esse videtur argumentum.

Hoc universale `risibile` nec habet / inferius, nec est aliquid quod possit habere inferius; et ipsum subicitur / et praedicatur; ergo ipsum nulli subicitur universaliter.

¶ Amplius. Sit aliquod universale / quod nullum sub se contineat universale, aut progressio erit inde `in` in/finitum; et, exempli gratia, sit tale hoc universale `rationale`. Con/tra quod sic. Hoc universale `rationale` nec habet inferius, nec est aliquid quod / possit habere inferius; et ipsum multis subicitur et de multis / praedicatur; ergo ipsum nulli subicitur universaliter (vel sic: ergo ipsum non subicitur nisi / particulariter).

¶ Amplius. Hoc universale `rationale` nullum habet inferius, nec est / aliquid quod possit habere inferius; ergo ipsum non dicitur de subiecto ut de / subiecto.

¶ Amplius. Ad praedicationem huius singularis `hoc rationale` de se sequitur praedicatio huius universalis `rationale` de eodem; si quid est hoc rationale, ipsum est rationale; hoc / universale `rationale`⁸⁰ praedicatur de hoc singulari `hoc rationale`, nec aliud est inferius eius nec esse potest; / ergo si quid est rationale, ipsum est hoc rationale. Vel sic.

⁷⁸ differunt] diffunt *O*

⁷⁹ transeundum + ¶ X *O*

⁸⁰ rationale] ri(sibile) *O*

Hoc universale 'rationale' nec / habet inferius, nec est aliquid quod possit habere inferius; ergo si quid est <rationale>, ipsum / est hoc rationale (vel sic: ergo hoc singulare 'hoc rationale' est hoc universale 'rationale' vel par ei vel / eo superius)⁸¹. /

<S>ecundum hoc etiam concedere oportet haec universalia 'homo' 'risibile' non esse / paria praedicabilia, cum alterius eorum plura sint in/feriora, alterius vero nullum nec aliquid esse eius inferius est possibile. /

Propter hoc vero sub aliis universalibus quam sub in quid praedicabilibus contineri singularia verum / est, ut sub hoc universali 'album' hoc singulare 'hoc album', sub hoc universali 'rationale' hoc / singulare 'hoc rationale'.

Contra quod sic.

¶ hoc universale 'rationale' est substantia/le
huic singulari 'hoc rationale',
quia cum sit eius superius. exigitur ad eius esse; /
hoc 'universale' 'rationale' est substantialis differentia divisiva
huius generis 'ani/mal',
ergo hoc genus 'animal' est substantiale huic singulari 'hoc rationale';
ergo non / est conveniens locutio 'Socrates est hoc animal rationale'.

Fallacia secundi(!?) argumenti /

hoc universale 'rationale' est substantiale huic universali 'homo',
hoc universale 'rationale' / inferius est huius universalis 'quale',
ergo hoc universale 'quale' est substantiale huic universali / 'homo'.

Quo concessio ipsum et simul improbetur, et fallacia [100ra] habeatur hoc modo:

hoc universale 'album' est accidens sive acciden/tale
huic individuo 'Socrates',
hoc universale 'album'⁸² est inferius huius universalis 'quale', /
'ergo hoc universale' 'quale' est accidens vel accidentale
huius individuo 'Socrates'.

Similiter hoc universale 'album' / est accidens separabile
huic individuo 'Socrates',
hoc universale 'album' est inferius / huius universalis 'coloratum',
ergo hoc universale 'coloratum' est accidens separabi/le
huic individuo 'Socrates'.

Similiter hoc universale 'risibile' est proprium huius universalis 'homo', /
hoc universale 'risibile' est alicuius inferius,
ergo superius huius universalis 'risibile' est
pro/prrium huius universalis 'homo'. /

III-5 'Quinta quaestio'.

'Q'uaestio igitur solet esse utrum substantialis differentia sit alicui / substantialis cui non genus cuius ipsa est differentia divi/siva; et sic an hoc universale 'rationale' sit substantiale 'alicui' cui non hoc genus 'animal', cum /

⁸¹ superius + X O

⁸² album + [inf(er)ius] O

hoc universale ‘rationale’ huic⁸³ singulari ‘hoc rationale’ cui non hoc genus ‘animal’. /

¶ Ad hoc autem sit solutio, dicto genus nulli⁸⁴ esse substantiale quod non sit / species vel prima substantia, differentia vero substantialis est substantialis suo inferiori quod nec est species nec prima substantia, nec etiam genus est / substantiale substantiali differentiae. Propter quod efficaciam caret praedictum / argumentum, nec est inconueniens hoc universale ‘rationale’ esse substantiale huic singulari / ‘hoc rationale’ et non hoc genus ‘animal’; ideo vero tuto concedatur hoc universale ‘rationale’ alicui / esse substantiale cui non hoc genus ‘animal’.

¶ Solet etiam quando/que concedi hoc universale ‘homo’ esse substantiale huic⁸⁵ accidenti ‘homo albus’, non / tamen eidem hoc genus ‘animal’ vel hoc universale ‘rationale’.

Aut ut in aliis solvi / solet, solvatur, dicto hoc universale ‘rationale’ esse substantiale huic suo inferiori / cui non hoc genus ‘animal’, et tamen nulli cui non hoc genus ‘animal’, / quoniam hoc esset quod <est substantiale> primae substantiae vel speciei cui non hoc genus; sicut hic nummus / aureus est pretium cappae tuae, non tamen unus nummus; sicut / etiam Socrates fuit heri hic homo albus, non tamen fuit homo albus; sicut etiam / quando Socrates erit stans, ipse erit hoc sedens, non tamen tunc erit se/dens; et sicut istis decem hominibus fortior est Socrates, <demonstratis decem pueris>, non tamen decem ho/minibus. /

<N>on est vero tutum concedere hoc universale ‘animal’ esse substantiale huic / singulari ‘hoc rationale’, et non esse convenientiam locutionem hanc ‘Socrates / est `hoc´ rationale animal’ sed hanc ‘Socrates est hoc animal rationale’, ne videamur / eorum assentire errori qui asserunt hoc universale ‘rationale’ esse / substantiale huic singulari ‘hoc animal’, propter quod secundum eos hanc reprehendimus / locutionem ‘Socrates est hoc animal rationale’, scilicet ex n o s t r a p o s i t i o n e sibi vide/antur habere instantiam vel praeponendo vel postponendo terminum. / Nam si duo significantur his terminis ‘hoc rationale’ ‘animal’ quorum alterum est / substantiale alteri, nec ex istis duobus terminis ‘hoc rationale’ ‘animal’ nec ex / istis tribus terminis ‘hoc rationale’ ‘hoc’ ‘animal’ unus est praedicatus terminus; et sic / non est conueniens locutio ‘Socrates est hoc animal rationale’.

⁸³ h(uic)] hoc *a.c.* *O*

⁸⁴ n(u)lli] n(u)ll(u)m(?) *a.c.* *O*

⁸⁵ huic] huc *O*

Solvi etiam potest [100rb] et aliter, dicto hoc universale ‘rationale’ non esse substantiale huic singulari ‘hoc / rationale’, forsitan tamen de eius esse est.
/

III-6 `Sexto quaestio`.

`Q`uaeritur ergo an quodlibet superius suo inferiori sit / substantiale.

Quod difficillimum videtur sustinere volenti in / accidentibus universalibus eorum assignare inferiora. Quorum tamen infe/riora sic assignare consuevimus, dicto huius universalis ‘album’ / inferius esse hoc singulare ‘hoc album’.

Concedenti igitur hoc nulli⁸⁶ esse substantiale, / sic obicitur.

Hoc universale ‘album’ est substantiale huic singulari ‘hoc album’,
quia est eo suprius; /

et Socrates in plurium temporum quolibet erit,
et in illis ipse⁸⁷ erit hoc / album,

ergo Socrates nunquam erit hoc album quando ipse non erit album;
(vel / sic: `ergo` Socrates nunquam erit niger
quando ipse erit hoc album;

aut: ergo haec / universalia ‘album’ ‘nigrum’ non sunt contraria;
vel sic: ergo hoc album / nunquam erit quando ipsum erit non album).

Fallacia haec universalia ‘pater’ / ‘filius’ sunt relativa,
[ergo] `pater` non existet vel extitit⁸⁸

`quando filius non existet` vel extiterit, /

et sic pater non fuit prius filio,

(aut: haec universalia ‘pater’ ‘filius’ non `sunt` simul / natura).

Fallacia enim in talibus est quia dictum huius propositionis ‘Socrates est hoc album’ / nunquam erit verum quandocumque Socrates erit hoc album, sicut nec / huius pater est quandocumque fuit pater vel erit’.

Similiter⁸⁹ sig/nificatum huius termini ‘hoc grammaticum’
vel huius ‘id quod est grammaticum’ /
est inferius ad hoc universale ‘sciens’,

et Socrates erit `id` quod est grammaticum
vel ali/quid quod est grammaticum,

ergo Socrates nunquam erit id quod est grammaticum

vel aliquid quod est grammaticum, quando ipse non erit sciens.

Similiter idem / significatur hoc termino ‘currit’ quod hoc termino ‘curret’,
et verum est quod Socrates cur/rit,

ergo nunquam erit verum quod Socrates currat sive Socratem currere

⁸⁶ n(u)lli(?)] illi(?) a.c. O

⁸⁷ ipse erit] er(it) ip(s)e et transportanda indicavit O

⁸⁸ extiti^t] existi^t a.c. O

⁸⁹ Similiter + [h(uius) t(er)mini] O

quando non / erit <verum> quod Socrates curret.

¶ Amplius

hoc universale ‘album’ est substantiale his duo/bus singularibus
 ‘hoc album’ ‘hoc album’, demonstratis diversis,
 ergo ipsum non / praedicatur de altero istorum singularium
 cum magis vel cum minus alterius respectu, /
 (vel: ergo hoc album non est albius vel minus album hoc albo),
 quia hoc universale partici/patur aequaliter ab istis singularibus.

Fallacia hoc universale ‘grammaticum’ est inferius huic⁹⁰ universali / ‘sciens’,
 ergo nullum grammaticum est scientius alio;
 (vel: ergo nullum grammaticum plus / scit alio).

Item in istis universalibus ‘iustum’ ‘studiosum’. Im/proprie enim in talibus dicitur aliquid
 alicui esse substantiale.

Similiter / hoc universale ‘grammaticum’ et hoc universale ‘musicum’
 sunt inferiora huius universalis ‘sciens’,
 ergo illud / universale non praedicatur cum magis vel cum minus
 respectu alterius,
 (vel: ergo nullum / grammaticum plus scit musico).

¶ Amplius

hoc singulare ‘hoc album’ est inferius huius / universalis ‘album’,
 et hoc album est album,
 ergo si quid est hoc album, ipsum est album. /

Fallacia haec universalia ‘homo’ ‘risibile’ sunt paria in praedicatione,
 et aliquid sive / femina est risibile,
 ergo si aliquid sive femina est risibile, illud / vel illa est homo.

Similiter idem significatur hoc termino ‘currit’ quod hoc termino / ‘curret’,
 quiddam currit quod curret,
 ergo si quid currit, ipsum curret. **[100va]**

Similiter secundum alios

haec universalia ‘pater’ ‘filius’ sunt relativa,
 et pater est,
 ergo / si pater est, filius est.

Similiter hoc universale ‘planta’ genus est huius universalis / ‘arbor’
 secundum Aristotelem in Praedicamentis (*Cat.* 5, 2b15?),
 et aliquid est arbor,
 ergo si aliquid est arbor, / illud est planta.

Similiter secundum alios

haec universalia ‘duo’ ‘tria’ ‘quinque’ / sunt opposita universalia,
 sive talia universalia quorum nullum potest praedicari
 de / aliquo vel de aliquibus de quo vel de quibus aliud eorundem,
 et aliqua sunt / quinque,
 ergo si aliqua sunt quinque, ipsa non sunt duo et tria.

In talibus / enim sit deceptio, quia non si aliquid sequitur ad aliud, et sic sequitur / ad illud,
 quod prohibet hic demonstratio implicita ‘aliquid est / hoc album’.

Similiter idem significatur his terminis ‘hic homo’ ‘iste homo’,

⁹⁰ huic] h(oc) O

de/monstratis diversis, ut mentiuntur alii,
aliquod est hic homo,
ergo si / quid est hic homo, ipsum est iste homo.

¶ Audeat tamen aliquis, / ne fugere videatur, concedere hanc
consequentiam ‘si Socrates est hoc album, / Socrates est albus’.

Contra quod sic.

Si Socrates est hoc album, Socrates est albus,
et Socrates erit / hoc album,
ergo Socrates nunquam erit hoc album quando ipse non erit albus’. /
Fallacia si Socrates leget, Socrates est lecturus,
et Socrates aliquando leget,
ergo Socrates / nunquam leget quando Socrates non erit lecturus.
Similiter si Socrates est mortuus, Socrates vixit,
et Socrates aliquando fuit mortuus,
ergo Socrates nunquam / fuit mortuus quando ipse non vixerit;
ergo quando Socrates fuit mortuus, / Socrates fuit vivus vel vixit.
‘Similiter’ si haec mulier peperit, ipsa cum viro / concubuit,
et haec mulier aliquando peperit,
ergo nunquam peperit nisi / quando cum viro concubuit.

¶ Amplius

si Socrates est hoc album, Socrates est / albus,
sed quando Socrates erit niger, Socrates erit hoc album,
ergo quando Socrates erit / niger, Socrates erit albus.
Fallacia si pater est, filius est,
sed pater erit / quando non erit filius,
ergo filius erit quando non erit filius.
Similiter si Socrates est homo et ille est albus, Socrates est homo albus,
sed quando Socrates erit / niger, Socrates erit homo et⁹¹ ille est albus,
ergo quando Socrates erit niger, Socrates erit / homo albus.
Similiter et in praedictis similibus congrue inductis. /

¶ Solutio. ‘Si quis vero velit haec omnia libere / pertransire, dicat non
quodlibet superius esse substantiale suo inferi/ori, unde hoc universale
‘rationale’ non est substantiale huic singulari ‘hoc rationale’; et tamen ip/sum de
eius esse est. Et sic solvitur⁹² prior obiectio de hoc universali ‘rationale’ et hoc
/ eius singulari ‘hoc rationale’. Non enim quodlibet superius suo inferiori est /
substantiale. Est enim huic universali ‘album’ aliquid superius, nihil tamen ei
est / substantiale; et tamen hoc universale ‘coloratum’ <est ei superius>.

Quaedam etiam substantialis differentia / alia differentia substantiali

⁹¹ (et)] (ve)] a.c. O

⁹² solvitur] lectio incerta, solutio O

superior est, non tamen differentia substantialis est differentiae⁹³ substantia/li substantialis, ne in infinitum fiat progressio. Solvens igitur / praedicto modo, dicat hoc universale ‘album’ non esse substantiale huic singulari ‘hoc album’, / exigitur tamen ad eius esse, quod esse non contingit nomine desig/nari nisi littera utatur quis ad id designandum.

¶ Praedicto ergo [110vb] modo tam propriorum quam substantialium differentiarum et accidentium universalium / assignentur inferiora, ut huius universalis ‘rationale’ inferius est hoc singulare ‘hoc / rationale’, huius universalis ‘risibile’ inferius est hoc singulare ‘hoc risibile’, huius universalis ‘album’ inferius / est hoc singulare ‘hoc album’. Neque oportet superius⁹⁴ quodlibet esse substantiale / suo inferiori, ne cum secundum quosdam significatum⁹⁵ hoc termino ‘res’ sit / universale, substantiale sit huic universali ‘album’ quia eo superius, ne inconveni/ens videatur esse locutio ‘Socrates est res alba’. /

III-7 `Septima quaestio`.

<S>imilis obiectio et dubitatio est circa haec significata ‘hoc / corpus animatum’. Nam hoc corpus quod est animatum erit / quando ipsum non erit animatum sed inanimatum, et tamen hoc singulare / ‘hoc corpus animatum’ est inferius huius universalis ‘corpus animatum’.

Eadem vero est / circa haec solutio, quae et circa praedicta determinata est.

III-8 ¶ Cave/at autem quis concedere animationem vere esse substantiale huic / corpori, cum hoc corpus possit esse sine animatione. Nihil enim / proprie substantiale debet dici quod non sit genus vel species vel substantialis differentia. /

Contra quod sic.

Haec animatio est in hoc corpore quod potest esse sine ea, ergo / ipsa est accidentalis huic corpori.

Fallacia haec risibilitas est in Socrate qui non / potest esse sine ea, ergo ipsa substantialis est Socrati.

Similiter Socrates est in hac die / quae non potest esse sine Socrate, ergo Socrates est accidens huius diei. [¶ Solutio`]

Quo simili puerilis / re`si`statur.

Si quis vero velit, dicat hanc animationem esse substantiale huic corpori.

Contra quod sic.

⁹³ differentiae] diff() O

⁹⁴ superius quodlibet esse] quodlibet e(ss)e sup(er)i(us) et transportanda indicavit O

⁹⁵ significatum] sig(nifi)ca[n]tu(m) O

ergo hoc corpus quod est animatum
 non potest esse sine hac ani/matione.
 Fallacia color est accidens Socratis,
 ergo Socrates potest esse sine / colore.
 Similiter hoc universale ‘pater’ est non substantiale huic universali ‘filius’,
 ergo hoc / universale ‘filius’ potest esse sine illo;
 ergo haec universalia non sunt simul natura, nam nec re/lativa.

De huiusmodi `vero´, cum utrum homo ex corpore et anima constet / an non, disquiretur, plenius disseretur.

Solvitur in his oc/tava quaestio, quae tamen plenius in sequentibus exequetur.

III-9 ¶ Nona quaestio´.

<Q>uae igitur singularia sub quibus universalibus contineantur, / disquisito, considerandum est ex quibus singularia sub ali/is universalibus quam sub in quid praedicabilibus contenta esse habeant. Et exempli / gratia, sumatur hoc singulare ‘hoc album’.

¶ In huius⁹⁶ vero sin(gula)ris esse est su/um superius, scilicet hoc universale ‘album’. Solum igitur aut non. `Sed non´ solum (tunc enim / non differ`r´et ab alio singulari contento sub eodem universali), neque ex uno / solo contingit describere aliquid. Et ideo cum alio vel aliis. Illa vel / illud oportet esse universale vel singulare. Sed universale non, nam ex solis universalibus non est singulare. / ¶ Solutio.´ Et ideo illa vel illud oportet esse singulare.

Illud idem singulare aliquod habet superius, / quod⁹⁷ est in eius esse. Solum ergo aut non. Et sic usque in infini/tum.

Cui vero absurdum videtur in talibus concedere infini/tatem, dicat in talibus non esse infinitatem. Si adhuc / proterviat opponens, dicens sic accidere infinitatem, [101ra] respondeatur non sic accidere infinitatem, quia quamdiu nume/rando proceditur, non accidit infinitas. Quod oportet in talibus oppo/nentem facere, aut tacere. Neutro quorum modorum pervenitur / ad infinitatem. Nam quod infinita dicunt quidam omnia quo/rum cognitio ab homine vel ab hominibus haberi non potest, / dignum est taceri. Nam secundum hoc aliqua pauciora quam mil/le sunt infinita, cum quaedam pauciora quam mille cogitet deus quae⁹⁸ / hominem vel homines scire est impossibile.

¶ Solvi etiam potest / et aliter, dicto quoddam singulare esse in cuius esse

⁹⁶ huius] his *O*

⁹⁷ quod + [n(on)] *O*

⁹⁸ q(uae)] q(ui) *a.c. O*

est superius cum quo/dam quod nec est universale nec singulare. Cuiusmodi est significatum hoc termino 'haec res', secundum / eos qui asserunt ipsum esse singulare.

Solet etiam dici quod d' dam singulare / esse in cuius esse non sunt plura, sed ipsum simplex est et habet esse ex / suo superiori. Cuiusmodi est hoc significatum⁹⁹ 'haec res', sed singularia (haec ali/qua singularia sunt, et nihil exigitur ad esse unius quod non exigatur ad esse / alterius).

Quod in praedictis reprehendimus. /

III-10 `Decima quaestio´.

<Q>uaestio vero utrum descriptio individui conveniat / omni individuo et soli; et sic oportere omne individuum / constare ex proprietatibus, id est `ex´ effectibus¹⁰⁰ proprietatum, quarum / collectio nunquam reperitur eadem in alio.

Respondeatur / individuum ibi dici solam primam substantiam contentam sub hoc / genere 'substantia' vel sub aliquo eius inferiori, secundum quod nullum / singulare habet in sui esse effectus proprietatum nisi tale singulare. Unde / hoc individuum 'Socrates' habet in esse suo hoc universale 'homo' et sibi substantia/lia, et huiusmodi singularia 'hoc rationale' 'hoc mortale'. Nam in hoc singulari / 'haec albedo' non ita accidit, cum ipsum habeat esse ex hoc universali / 'albedo' et `sibi´ substantialibus, his `scilicet´ 'color' 'factivum albi', et his singularibus / 'hic color' 'hoc factivum albi', quorum neutrum effectus est / proprietatis nec sumptum, sicut nec alterum horum universalium / 'color' 'factivum albi'.

¶ Si quis vero velit praedictam / descriptionem convenire omni singulari contento sub praedicabili / in quid, dicat in illa descriptione proprietates dici / singularia quibus unum singulare differet ab alio, quia ipsa in eius / esse sunt, sicut dicitur esse proprium [esse] generis ad accidens / praedicari in quid, quia convenit huic generi et non accidenti; se/cundum quod in nullius singularis esse est aliquod singulare nisi in esse / singulari contento sub praedicabili in quid.

¶ Si vero velit / quis eam descriptionem omni singulari convenire, di/cat in illa descriptione `proprietates´ dici quaecumque exiguntur / ad esse alicuius singularis, sive ipsa sint singularia sive non; cum / tamen ipsa non sint unversalia, et licet aliqua exiguntur **[101rb]** ad esse individuorum, ipsa sint simplicia, sicut et anima sim/plex est, proprie `enim´ compositum dicitur quod alicuius est quantitatis ut / lapis et lignum.

III-11 `¶ Undecima quaestio´.

⁹⁹ significatum] sigcat(um) O

¹⁰⁰ effectibus] affectib(us) O

‘H’is breviter distinctis, utrum omne singulare rem habeat, et quae cuius / singularis sit res, est inspiciendum.

¶ Solutio. Quod omne singulare rem habeat, manifestum est; quae vero¹⁰¹ cuius singularis res sit, non omnino ‘est’ determinatum. / Ideoque sub compendio id pertranseundum. Huius igitur singularis ‘Socrates’ res est hic homo / sive¹⁰² Socrates, cum ipse sit Socrates; huius vero singularis ‘hoc animal’ res est hoc animal; huius / vero singularis ‘hoc album’ res est hoc album; nec est eadem res huius singularis quae illius / vel illius, sed res quae est huius est res quae est illius.

¶ Alia. Aut ne quaerendo verita/tem falsitatem reperiamus, asseramus Socratem esse rem huius singularis ‘hoc animal’ <et> huius singularis / ‘hoc album’, quia Socrates et hoc animal est et hoc album est, sicut utrumque istorum no/minum ‘animal’ ‘album’ convenit Socrati. Nam non omnino veri/tati respondet quod res sit huius singularis ‘hoc animal’ quae non illius; unde Socrates est / res huius singularis ‘hoc animal’, quia ipse est hoc animal; et in similibus si/militer.

¶ Alia. Volenti vero ludere, non est concedendum individuum¹⁰³ / habere rem, ne individui habeat rem, et sic aliquid, sicut seri/o dicitur hunc comedisse cappam suam. Protervientibus tamen cir/ca talia obstandum est. /

III-12 ¶ Duodecima quaestio.

¶ Quaestio vero est an quodlibet singulare sit esse suae rei. /

Quod si concedatur, sic obicitur.

Hoc singulare ‘hoc album’ est / esse huius albi, ergo hoc album non potest esse sine hoc singulari. Similiter / hoc singulare ‘hoc corpus animatum’ est esse huius corporis animati si/ve cuiusdam quod est corpus, ergo hoc corpus animatum sive quid/dam quod est corpus animatum non potest esse sine hoc singulari. /

¶ Amplius. Hoc universale ‘album’ est esse alicuius quod est album, aliquid / est album, ergo ipsum non potest esse sine hoc universali.

¶ Solutio. ¶ Si quis vero ve/lit omnia huiusmodi libere pertransire, id est in respondendo / circa talia se nihil pati, dicat nullum universale vel singulare esse / alicuius esse. Unde hoc universale ‘animal’ non est esse huius speciei ‘homo’, / sed de eius esse; quod esse est constitutio huius speciei ex genere / et substantiali vel substantialibus differentiis, et ipsum nec est universale nec / singulare. Similiter hoc universale ‘homo’ non est <esse> huius individui ‘Socrates’; quod esse dicitur con/stitutio huius individui ex his quae exiguntur ad

¹⁰¹ vero] u(er)^a ut videtur O

¹⁰² sive + [i(n)(?)] O

¹⁰³ individuum + [non] O

esse huius individui. / Individuum vero nec est alicuius esse nec de esse, sed aliquam rem / habet, ut hoc individuum ‘Socrates’ rem suam, Socratem¹⁰⁴; cuius Socratis / esse est constitutio eius ex partibus sic dispositis ut ex / eis est homo. Similiter cuiuslibet rei habentis esse [esse] / est eius esse ex illis ex quibus habet esse. Unde idem est esse Socratis / quod huius animalis, quod huius albi, cum idem sit quod hoc.

¶ Alia. ¶ Si quis |101va| vero velit, solvat aliter, dicens hoc singulare ‘hoc **album**¹⁰⁵’ esse esse huius **albi**, et / tamen hoc **album** potest esse sine hoc singulari, sed non potest esse tale, id est tale **album** / sine hoc singulari; sicut ad hoc quod hoc universale ‘pater’ sit, exigitur hoc universale ‘filius’ esse, / pater tamen sive id quod est pater potest esse sine illo universali, sed non esse talis, id est / pater; sicut etiam haec visibilitas sive color est non substantialis Socrati vel non exigitur / ad esse Socratem¹⁰⁶, et tamen Socrates non potest esse sine hac visibilitate¹⁰⁷ vel sine colore.

Vi/debitur tamen arguere, sic insistens: aliquid est ‘vel’ nihil, cuius hoc / singulare ‘hoc **album**¹⁰⁸’ est esse; sed quod nihil, falsum; et ideo aliquid est cuius hoc singulare est esse; / aliquid quod est homo vel quod ‘est’ non homo; sed quod non homo, falsum¹⁰⁹; / et sic aliquid quod est homo; et sic videtur esse verum quod aliquid sit homo / quod non potest esse sine hoc singulari vel nisi ipsum sit **album**.

¶ Solutio. ¶ Solet tamen / solvi ut praedictum est, vel sic dicto hoc singulare esse esse suae rei, non / ideo alicuius.

Videtur tamen quod, si suae rei, quod rei quae eius, ergo rei quae / **alba**, ergo rei quae **colorata**; et etiam rei cuiusdam singularis huius universalis ‘**al/bum**’, ergo rei quae **alba** vel non **alba**, ergo alicuius. Secundum hoc tamen oportet rem huius universalis desinere esse, quando et hoc singulare desinit esse, et sic / rem quae eius et rem quae **alba**.

¶ Alia. ¶ Solet etiam idem solvi, dic/to hoc singulare ‘hoc **album**’ esse esse **accidentale** alicuius, non ideo alicuius esse.

Sed / haec solutio locum non habet, si obiciatur de hoc singulari ‘hoc corpus anima/tum’; quod oportet esse alicuius quod est hoc corpus, cum alicuius quod est et non / nisi eius, nisi id praedictis prohibeatur solutionibus. Quoddam

¹⁰⁴ Socratem] so. *O, fortasse Socrates legendum?*

¹⁰⁵ album] a(nima)] *sic O*

¹⁰⁶ Socratem] so() *O, fortasse Socratis legendum?*

¹⁰⁷ visibilitate] risibi() *O*

¹⁰⁸ album] a(nima)] *O*

¹⁰⁹ falsum + [*] *O*

etiam singulare / videbitur esse esse sive **accidentale** esse plurium, ut significatum hoc / termino 'haec duo', et sic ipsum non est singulare. /

III-13 `Tertia decima quaestio`.

`D`ubitari vero solet an singulare a re sua differat.

Quod si quis / velit, concedat, sicut species a genere.

Aut si velit / quis, neget id. Unde hoc individuum 'Socrates' non est aliud a Socrate, sed aliquid quod / non est Socrates.

Plus etiam oportet concedere secundum quasdam superiorum / solutionum, scilicet quod aliquid est res huius singularis 'hoc **album**', nec Socrates nec ali/ud, nec aliquid quod non est Socrates, nec forsitan aliquid quod <est> Socrates, / quia nihil quod sit.

Contra quod sic.

Socrates est aliquid quod non est hoc singulare 'Socrates', /
et e converso,

ergo Socrates est aliud ab hoc individuo
aut hoc est par vel totum illius. /

Fallacia haec duo sunt aliqua quae non sunt tria, de quorum numro / ipsa sunt,
et e converso,

ergo haec duo sunt alia ab istis tribus aut tota / aut paria illorum.
Similiter hoc universale 'homo' est aliquid quod non est hoc universale 'album',
/ et e converso,
ergo hoc universale 'homo' est oppositum huic universali 'album'
vel eo superius / vel inferius.

¶ Non est verum concedendum singulare a re sua / differre, ne videatur unum singulare pluribus convenire. /

III-14 `Quarta decima quaestio`.

`Q`uaeri etiam solet utrum `singularia` sint quae significantur his ter/minis 'hic homo' 'hoc animal`.

Quod si velimus, concedamus, / ne videamur eis consentire qui asserunt idem significari [101vb] his terminis.

Si obiciatur hoc singulare 'hoc animal'¹¹⁰ praedicari de pluribus, quia de / istis singularibus, respondeatur ut superius; vel quod nec de istis nec de il/lis praedicatur; vel dicatur nec idem nec diversa significari his terminis 'hic homo' / 'hoc animal', aliquid tamen uno quod non alio, et isti termini sunt voces significa/tivae nec alicuius nec aliquorum. Sicut, secundum alios, haec duo

¹¹⁰ animal] album O

universalia / ‘Socratem esse’ ‘hanc manum esse’ sunt vera¹¹¹, nec de uno nec de pluribus, / alterum tamen eorum de aliquo de quo non reliquum. Sicut etiam albedo / quae est in Socrate, et nigredo quae est in oculo¹¹² eius, sunt qualitates sive / accidentia, *secundum alios*, nec unius nec plurium, `et` tamen alicuius `haec` albedo / cuius non illa nigredo. Similiter isti termini ‘haec duo’ ‘haec tria’ sunt termini, / quorum uterque convenit aliquibus quae sunt homines, illi / tamen nec conveniunt duobus quae sunt homines, nec pluribus. /

¶ Hoc vero argumentum

si quid est hic homo, ipsum est hoc animal, et e converso, /
utroque istorum terminorum ‘hic homo’ ‘hoc animal’

aliquid significatur, /

ergo idem ipsis vel diversa significantur,

sic refellitur si quid est hic homo, / illud non est haec manus, `et e converso`,
uterque istorum terminorum ‘hic homo’ ‘haec manus’ /

convenit alicui quod est substantia,

ergo isti termini conveniunt / eidem quod est substantia

vel pluribus quae sunt substantiae.

Similiter si qua sunt haec duo, / ipsa `non` sunt haec tria, et e converso,
aliqua sunt haec duo, aliqua sunt haec tria,

ergo eadem / vel diversa sunt haec duo et haec tria,

posito haec duo esse de numero / horum trium. /

<S>i adhuc obiciatur idem significari hoc termino ‘hic / homo’ quod hoc termino ‘hoc animal’, ut si proprium nomen im/ponatur ad significandum hoc singulare ‘hoc animal’, respondeatur istud pro/prium nomen et hoc nomen ‘Socrates’ non significare idem, sicut nec isti termini / ‘hic homo’ ‘hoc animal’. Unde quod superius dictum est (*Vide I supra*), quod proprio nomine rei ex/istentis et termino¹¹³ constante ex nomine superioris significati proprio no/minis et pronomine demonstrativo, idem singulare significatur, secundum impositionem / iam factam dictum est. Omnes enim regulae de vocibus, sive a Priscia/no sive ab aliis traditae, secundum impositionem iam factam traditae sunt; / variari tamen possunt usu volente. /

<M>emoriter vero teneatur singulare de nullo praedicari, licet hic sit / locus a parte ‘Socrates est hic homo, ergo Socrates est hoc animal’, vel hic a pa/ri ‘Socrates est hic homo, ergo Socrates est hoc risibile’, nec tamen in propositione hic vel ibi praemissa / praedicatur vel pars vel par. Sicut haec quaestio est de genere ‘utrum homo sit rationale’, / nec negatur, nec tamen in propositione a qua descendit haec quaestio praedicatur genus; et haec quaestio / de definitione est ‘est Socrates idem Platoni?’, nec negatur, nec tamen in propositione a / qua descendit haec quaestio praedicatur definitio.

¶ Quaesito vero an haec / maxima ‘de quocumque praedicatur pars, et

111 vera] v(niversa)^{lia} O

112 oculo] oculo *seu* oculo O

113 termino] t(erm)`i`(n)o O

totum' possit adaptari / huic argumentationi 'Socrates est hic homo, ergo Socrates est hoc animal', dicatur |102ra| 'non, nisi et "praedicatur" ibi dicatur, sive vere praedicetur sive similitudinem prae/dicandi habeat quid', vel omnino id negetur.

Sed alia hic maxima potest / assignari, fositan quae nondum inventa est, et tamen hic est locus / a parte affirmando; sicut hoc nomen 'cappa' convenit tantummodo rei / quae nullo modo potest generare nec more feminae, nec aliter / tamen ipsum feminini generis sola quadam similitudine, ut / grammaticis notum est.

Dicatur etiam nihil esse praedicabile de uno solo, sed / omne praedicabile est praedicabile de pluribus. N o b i s vero omne praedicabile esse universale videtur.

Nobis / etiam non obviat. 'Si obiciatur' hoc termino significatum 'affectum hac albedine' / praedicari de pluribus ut de hoc individuo 'Socrates' et de hoc individuo 'haec manus', / cum hoc significatum nec universale nec singulare esse asseamus. Solvi etiam posset / singulare hac de causa non praedicari de pluribus, dicto¹¹⁴ aliam albedinem / esse in toto, aliam in parte, vel aliquam quae non est illa; sicut unitas / quae est in Socrate non est in manu eius, sed aliqua quae non est illa.

Neque nobis / obiciendum est de significato huius termino 'haec duo', nam ipsum nec / de uno nec de pluribus praedicatur, cum ipsum nec sit universale nec singulare.

IV

¶ Pro/ut oportuit igitur de singulari tractato, de universali pertranseundi 'et' sub compen/dio est agendum; et quartae insistendum positioni, huic scilicet: HOC / UNIVERSALE 'TEMPUS' EST UNIVERSALE, CUIUS PLURA SUNT INFERIORA, ET TAMEN NON EST / NISI UNUM TEMPUS.

Ad cuius evidentiolem notitiam prae/considerandum est quid sit universale. /

<E>st igitur universale quod est aptum natum praedicari in / pluribus, id est quod naturam habet et aptitudinem / ut a pluribus participetur, et de pluribus prae/dicetur, sive in uno tempore sive in di/versis.

Unde si contingat aliquod universale / quandoque non habere nisi unum inferius, ut hoc universale 'phoenix' ipsum / non est minus universale, cum sit

¹¹⁴ d(i)c(t)o] dc()a[m](?) a.c. O

aptum praedicari de pluribus.

Contra quod sic.

- Is/tud est universale,
ergo praedicatur de pluribus, (vel: ergo non de uno solo).
- Fallacia hoc / nomen 'dies'
(sive hoc nomen 'tempus' sive hoc nomen 'phoenix')
est / nomen appellativum,
ergo plura sunt quibus ipsum convenit. /
- Similiter iste est bipes,
ergo habet duos pedes, (vel ergo non / unum solum pedem).
- Similiter istud est homo (sive risibile sive / gressibile),
ergo ridet (vel graditur),
(vel: ergo ipsum non est non ridens vel non / grediens).

¶ Amplius

- istud praedicatur de uno solo,
ergo est singulare, (vel: ergo / non est universale).
- Fallacia unum tantum est cui convenit hoc nomen / 'dies',
ergo hoc nomen est nomen proprium, (vel: ergo non appellativum).
- Si/militer hic asinus duos pedes habet tantum,
ergo est bipes, (vel: ergo / non est quadrupes).
- Similiter haec nomina 'rus' 'mus' constant / ex duabus syllabis tantum,
ergo sunt dissyllaba, (vel: ergo non sunt **|102rb|** monosyllaba).

Quae vero circa haec latent, cum de hoc universali 'phoenix' agetur, /
disquirentur. /

`Q'uaestio vero est an omne universale sit praedicabile de pluribus.

Unde / de hoc significato 'manus Socratis' quaestio est. Quod
praedicatur de aliqui/bus, velut de his singularibus 'haec manus' 'ista manus'; et
impossibile est / ipsum praedicari de alio vel de aliis. Abscidatur vero una
ma/nuum Socratis, et descinat esse.

Quo posito, si insistatur / hoc significatum 'manus Socratis' non erat nisi
praedicabile de duobus tantum, / quorum alterum desiit esse ei subicibile, et de
quo ipsum de/siit esse praedicabile, nec ipsum est modo praedicabile de aliquo
quod / non fuit alterum, nec incipit praedicari de aliquo, ergo ipsum non est /
praedicabile de pluribus, sed de uno solo; solutio¹¹⁵, dicto ipsum non esse
universale / vel singulare vel simile universali. Aut si concedatur esse
universale, non obest / quod obicitur. Nam illud est praedicabile de pluribus,
sed non potest praedicari de pluribus, / sicut iste bipes est qui amisit unum
pedem, ergo nec `tamen` potest / habere duos pedes; et iste qui loripes est,
gressibile est, non tamen gradi / potest.

Dubitari tamen potest an significatum hoc termino 'manus Socratis' non /

¹¹⁵ ¶ Sol(uti)o repet. in margine O

sit commune cum prius esset commune. Non est autem inconueniens con/cedere quiddam¹¹⁶ quod conuenit pluribus, nunc¹¹⁷ conuenire uni soli.

Si/milis est obiectio et solutio circa hoc significatum ‘habens hanc unita/tem vel illam’, demonstrata ipsius unitate Socratis, deinde manus eius. / Nam hoc significatum nec est universale nec singulare.

Dubitari tamen potest an uni / tantum an pluribus conueniat hoc significatum, cum videatur non unum / tantum habens hanc unitatem vel illam. Nam in quo tantum est haec / unitas `vel illa? Caveat etiam sibi quis, ne in eodem sit haec unitas´ / in quo illa. `¶ Alia´. Aut solui potest, dicto inconuenienter poni / disiunctam coniunctionem in talibus, cum forsitan unitas par/tis non differat ab unitate totius, nec forma aliqua partis a for/ma totius.

¶ Simile iudicium est de significato huius termini / ‘affectum hac albedine’, quod videtur conuenire Socrati <et> manus eius. / Aut non eadem albedo est in parte quae est in toto, sicut nec eadem / unitas. /

`D´e his vero significatis ‘pater Socratis’ ‘caput Socratis’ nulla nobis / est obiectio, cum neutrum sit universale vel singulare; nec conue/niat pluribus utrumque sed uni tantum; nec verum est quod, si quid / est pater Socratis (vel caput Socratis), quod ipsum sit hic pater Socratis (vel hoc caput Socratis), li/cet Socrates non possit habere aliud caput vel alium patrem; sicut / nec verum est quod, si quid est Socrates, illud est homo qui sedet, et tamen nihil / potest esse Socrates nisi homo qui sedet, nec e converso, cum ipse solus sedeat.

`De tempore´.

`D´e significato vero huius termini / ‘tempus’ quaestio est

- (1) an ipsum sit universale, et
- (2) an [102va] ei conueniat universalis descriptio.

Quorum utrumque concedimus, / nec tamen est nisi unum tempus; et hoc universale ‘tempus’ genus est, cuius sunt species / oppositae, haec significata ‘dies’ ‘annus’ ‘mensis’ ‘momentum’; nec i/starum specierum plures sunt res nec una sola, sed cuiuslibet ea/rum est aliqua res quae non alterius, cum pars non differat / a suo toto.

Contra quod sit.

Hoc universale ‘tempus’ praedicatur de oppositis / inferioribus,
et unum tempus est,
ergo non unum tantum est tempus; /

et sic nihil est in uno tempore tantum, nec modo tantum, nec tantum dum hoc / momentum est.
Fallacia hoc pronomen ‘iste’ conuenit pluribus,

¹¹⁶ quiddam] q(ui)dam *O*

¹¹⁷ nunc] n(on) *O*

- et unum / est iste,
ergo non unum tantum¹¹⁸ est iste.
- Similiter hoc universale 'risibile' praedicatur / de pluribus
quorum nullum est hoc universale 'homo',
et risibile est homo,
ergo non tantum / risibile est homo, vel e converso;
(vel sic: ergo aliquid est risibile quod non est homo, vel e converso). /
- Similiter iste terminus 'phoenix' construitur cum pluribus terminis,
et unum est / phoenix,
ergo non unum tantum est phoenix.
- ¶ Amplius
hoc universale 'tempus' / praedicatur
et de hoc universali 'dies' et de eius opposito,
et dies est tempus,
ergo / aliquid quod non est dies, est tempus.
- Fallacia hoc pronomen 'iste' / convenit isti et alicui quod non est iste,
et iste est iste,
ergo aliquid / quod non est iste, est iste.
- Similiter hoc universale 'risibile' praedicatur et de hoc universali 'homo' /
et de aliquo quod non est hoc universale 'homo',
et homo est risibile,
ergo / aliquid quod non est homo, est risibile.
- Similiter iste terminus 'phoenix' construitur
cum / hoc termino 'animal' et cum alio termino,
et animal est phoenix,
ergo aliquid quod / non est animal, est phoenix.
- Aliter enim se habet in universalibus et aliter / in eorum rebus.
- ¶ Amplius
hoc universale 'dies' est oppositum huic / universali 'annus',
et aliquid est annus et aliquid est dies,
ergo aliud est / dies quam annus.
- Fallacia idem significatur vel demonstratur
hoc pronomine / 'hoc' quod hoc pronomine 'istud',
et aliquid est hoc et aliquid est istud, /
ergo hoc est istud, fact demonstratione ad diversa.
- Similiter / aliquid est hoc universale 'homo' quod non est hoc universale 'risibile',
et aliquid est homo / et aliquid est risibile,
ergo aliquid quod non est risibile, est homo.
- Similiter / in `con`struere hunc terminum 'animal' cum aliquo termino qui non est hic /
terminus 'vivens', et hunc terminum 'phoenix' cum termino qui non est hic terminus 'animal'.
/
- ¶ Amplius
utriusque istarum specierum 'dies' 'annus' res est tempus, /
et nulla res est unius quae¹¹⁹ alterius,

¹¹⁸ tantum est] est t(antu)m *et transportanda indicavit O*

¹¹⁹ quae + [n(on)] *O*

- Fallacia et ergo non unum tantum est tempus. /
 et in mundo es et in Gallia,
 nec Gallia est mundus, nec e converso,
 ergo non es in uno loco tantum.
- A simili nec / in uno tempore tantum, quia in hac die, in hoc momento; nec haec / dies est
 `hoc` momentum, nec e converso.
- ¶ Amplius
 et hoc universale `tempus` et quodlibet / eius inferius
 subicitur huic universali `quantitas`,
 ergo hoc universale `tempus`
 subicitur universaliter / huic universali `quantitas`.
- Fallacia, posito non nisi unum solum esse sciens / et illud esse et grammaticum et dialecticum
 et musicum,
 et hoc universale¹²⁰ `sciens` et |102vb| quodlibet eius inferius
 subicitur huic universali `substantia`,
 ergo hoc universale / `sciens`
 subicitur universaliter¹²¹ huic universali `substantia`.
- Similiter et hic terminus `phoenix` et qui/libet terminus cum quo hic terminus
 construitur, cum hoc termino `animal` <construitur>,
 ergo hic terminus / `phoenix` construitur universaliter
 cum hoc termino `animal`,
 (vel: ergo in universali propositione,
 vel sic: ergo / omnis phoenix est animal`.

Vel concedatur hoc universale `tempus` subici universaliter huic /
 universali `quantitas`, quia quodlibet eius inferius; nec ideo in universali
 propositione. /

Contra quod sic.

- Hoc universale `tempus` subicitur universaliter
 huic universali `quantitas`, /
 ergo [esse] omne tempus est quantitas;
 (vel: ergo non unum tempus tantum est quantitas).
- Fallacia hoc universale `sciens` subicitur universaliter
 huic universali `substantia`,
 (vel: / quodlibet inferius huius universalis `sciens` subicitur
 huic universali `substantia`),
 ergo omne / sciens est substantia,
 (vel: ergo non unum tantum sciens est substantia).
- Similiter et hic terminus `phoenix` et omnis terminus cum quo construitur
 hic terminus, / construitur cum hoc termino `animal`,
 (similiter: omnis terminus qui subicitur huic universali `phoenix`,
 subicitur huic universali `animal`),

¹²⁰ universale] vle O

¹²¹ universaliter huic universali] h(uic) v(niversali) u(niversa)lit(er) et transportanda
 indicavit O

ergo omnis phoenix est animal. /
 Licet / vero hic¹²² terminus 'iste' conveniat utrique istorum, non tamen uterque / istorum est iste, sed alter tantum; et ideo sic:

hic terminus convenit utrique / istorum,
 ergo uterque istorum¹²³ est iste;
 (vel: ergo non tantum alter / istorum est iste).

Licet vero significata istorum terminorum 'dies' 'an/nus' sint opposita, non tamen dies est aliud quam annus, sed aliquid / quod non est annus; sicut significata istorum terminorum 'haec duo' / 'haec tria' sunt opposita sive diversa, non tamen haec duo alia sunt / quam haec tria, cum ipsa sint de numero ipsorum, sed sunt aliqua quae / non sunt illa; sicut etiam diversa significantur his terminis / 'homo' 'risibile', non tamen aliud est homo quam risibile, vel e converso. Longe enim aliter / se habet in universalibus et in rebus eorum.

Unde haec duo universalialia 'dies' / 'annus' sunt opposita universalialia, non tamen plures sunt eorum res vel una, / sed utriusque aliqua est res quae non est alterius; sicut *secundum alios* / haec duo vera¹²⁴ 'Socratem esse' 'hanc manum esse' sunt vera, nec de uno / nec de pluribus, sed utrumque de aliquo de quo non alterum; `sicut etiam haec duo vera 'haec duo esse' 'haec tria esse' sunt vera, nec de uno / nec / de pluribus nec de aliquo nec de aliquibus, sed utrumque de / aliquibus de quibus non alterum, cum haec duo sint de numero / horum trium, ne haec sint universale; sicut etiam albedo Socratis et nigredo / oculi eius sunt colores, nec alicuius nec aliquorum etc.

Concedendum etiam est unam tantum esse rem huius universalis 'tempus', / [unam tantum esse rem huius universalis 'tempus'] et illam esse rem huius universalis 'annus' et illam esse rem huius universalis 'dies', una tamen sola res est / huius universalis 'tempus', et nulla <res> huius universalis 'dies' <est> quae huius universalis 'annus', / vel e converso; sicut in uno solo loco Socrates est et ille est mundus, / in uno solo loco est Socrates et ille est Gallia, et nullus lo/cus est Gallia qui sit mundus, vel e converso, in uno so/lo loco tamen est Socrates; sicut etiam tu vides solum Socratem currere, vi/des solum Socratem, nec Socratem currere est Socrates, nec e converso, et tamen solum¹²⁵

122 hic] his *a.c.* *O*

123 istorum + [estor(um)(!)] *O*

124 vera] v(niversa)lia *O*

125 *Cetera desunt O*